q̄ntum ad hoc ſcripture teſtimoniū attinet:
vbi deus cū homie locut⁹ eſt: quātū eſtimo
occulta ē. Quia etiā: vtrū ſoleret adā cor-
poreis oculis deū videre: nō euidēter ap-
paret: cū pſertim magna ſit queſtio: cuiuſ-
modi oculi eis apti fuerint: qñ vetitū cibū
guſtauerūt. Hi eñ anteq; guſtaſſent: clau
ſi erāt. Illud tñ nō temere dixerim: ſi padi
ſum corpalē quēdam locū: illa ſcriptura i-
ſinuat: deambulare ibi deū: niſi in aliq̄ cor
porea forma: nllo mō potuiſſe. Nā ⁊ ſolas
voces factas q̄s audiret homo: nec aliquā
formā videret: dici pōt: nec q: ſcriptū eſt:
Gen.3 Abſcōdit ſe adā a facie dñi: ptinuo ſequit
vt ſoleret faciē ei⁹ videre. Quid ſi eñ: non
quidē vidē ipe poterat: ſ videri ipe metue
bat: ab eo cui⁹ vocē audierat: ⁊ deambulā
tis pſentiā ſenſerat. Nā ⁊ cayn dixit deo:
Gen.4 A facie tua abſcōdā me: nec ideo fateri co
gimur: cū ſolere cernere faciē dei corporeis
oculis: in q̄libet forma viſibili: quis de fa-
cinore ſuo: vocē interrogātis ſecūq; loq̄n-
tis audiſſet. Cuiuſmodi aūt loq̄la tūc de⁹
exterioib⁹ hoim auribus inſonaret: maxie
ad pmū hoiem loq̄ns: et iuenire difficile ē:
⁊ nō hoc iſto ſermone ſuſcepim⁹. Verūta-
mē ſi ſole voces ⁊ ſonit⁹ fiebāt: quib⁹ que-
dā ſenſibilis pſentia dei: pmis illis homib⁹
pberet: cur ibi pſonā dei patris nō intelli-
gā: neſcio. qñ quidē ei⁹ pſona oſtēdit: et in
Math.17 ea voce: cū ieſus in mōte corā tribus diſci-
Math.3 pulis: pfulgēs apparuit. ⁊ i illa: vbi ſup ba
ptizatū columba deſcēdit. ⁊ in illa: vbi ad
patrē đ ſua clarificatiōe: clamauit: eiq; re-
Joh.12 ſponſum eſt: Et clarificaui ⁊ iterū clarifica
bo. Nō q: fieri potuit vox ſine opere filij ⁊
ſpūſancti (Trinitas q̄ppe inſepabilit opa
tur) ſed q: ea vox facta eſt: que ſoli⁹ pſonā
patris oſtēderet: ſicut humanā illā formā
ex virgine maria trinitas opata eſt: ſed ſo-
lius filij pſona eſt. Viſibilē nāq; ſolius filij
pſonā: inuiſibilis trinitas opata eſt. Nec
nos aliquid phibet: illas voces factas ad
adā: nō ſolū a trinitate factas: intelligere: ſ
etiā pſonā demōſtrātis eiuſdē trinitatl: ac-
cipere. Ibi eñ cogimur: nō niſi patrl acci-
Math.3 pere: vbi dictū eſt: Hic ē fili⁹ meus dilect⁹.

Neq; eñ ieſus etiā ſpūſancti fili⁹: aut etiā
ſuus fili⁹ credi aut intelligi poteſt: ⁊ vbi ſo-
nuit: Et clarificaui ⁊ iterū clarificabo: non Joh.12
niſi patris pſonā fatemur. Rñſio quippe ē
ad illā dñi vocē: q̄ dixerat: Pater clarifica Ibidē
filiū tuū: qđ nō potuit dicere niſi deo patri
tñ: nō ⁊ ſpiritui ſancto: cui⁹ nō eſt fili⁹. Hic Gen.3
aūt vbi ſcriptū eſt: ⁊ dixit dñs de⁹ ad adā:
Cur nō ipa trinitas intelligit: nihil dici po
teſt. Similit etiā qđ ſcriptū eū: Et dixit do Ibidē
min⁹ ad abraā: Exi de t'ra tua: ⁊ de cogna
tione tua: ⁊ de domo patris tui: nō eſt aper
tū: vtrū ſola vox facta ſit ad aures abrae:
an ⁊ aliquid oculis eius apparuerit. Pau-
lopoſt aūt aliquāto apti⁹ dictū ē: Et viſus Ibidē
ē dñs abrae: ⁊ dixit illi: Semini tuo dabo ter
ram hāc. Sed nec ibi expſſum eſt: in q̄ ſpe-
cie viſus ſit ei dñs: aut vtrū pater: an fili⁹:
an ſpūſanct⁹: viſus ſit. Niſi forte iđ putāt
filiū viſum eſſe abrae: q: non ſcriptū eſt: vi
ſus eſt ei deus: ſed viſus eſt ei dñs. Tanq;
eñ pprie videt filius dñs vocari: dicente
apoſtolo: Nā ⁊ ſi ſunt qui dicunt dij: ſiue i i.Cor.
celo: ſiue in terra: ſicuti ſunt dij multi: ⁊ do-
mini multi: nobis tñ vn⁹ deus pater: ex quo
oīa: ⁊ nos in ipo: et vnus dñs ieſus xps: p
quē oīa ⁊ nos p ipm. Sz ⁊ cū de⁹ pat mul-
tis locis inueniat dictus dñs: ſicuti ē illđ:
Dñs dixit ad me fili⁹ me⁹ es tu: ego hodie Ps.2
genui te. et illud: Dixit dñs dño meo: ſede Ps.10
a dextrl meis. Cū etiā ſpūſāct⁹ dñs dict⁹
iueniat: vbi aplus ait: Dñs aūt ſpūs ē. Et 2.Cor
ne q̄ſq; arbitret filiū ſignificatū: et iđ dictū
ſpm pter incorporeā ſubſtātiā: ſecut⁹ cō-
texuit: Ubi aūt ſpūs dñi: ibi libertas. Spi Ibidē
ritū aūt dñi nemo eſſe dubitauerit ſpmſan
ctū. Neq; hic ergo euidenter apparet: vtrū
aliqua ex trinitate pſona: an de⁹ ipa trini-
tas: de quo vno deo dictū eſt: Dñm deum Deut.
tuū adorabis: ⁊ illi ſoli ſeruies: viſus fue-
rit abrae. Sub ilice aūt mābre: tres viros Gen.1
vidit: quib⁹ et inuitatis hoſpitioq; ſuſcep-
tis ⁊ epulātib⁹: miniſtrauit. Sic tñ ſcriptu-
ra illā rem geſtā narrare cepit: vt nō dicat:
viſi ſunt ei tres viri: ſ viſus ē ei dñs. Atq;
inde cōſequēter exponens: quō ei ſit viſus
dñs: attexit narrationē de tribus viris: q̄s
abraā p pluralē numex iuitat: vt hoſpitio
ſuſcipiat: ⁊ poſtea ſingularit ſicut vnū allo
quit. Et ſicut vn⁹ ei de Sara filiū pollicet:
quē dñm dicit ſcriptura: ſicut i eiuſdē nar-
rationis exordio: Viſus ē inq̄t dñs abrae.
Inuitat ergo ⁊ pedes lauat: ⁊ deducit ab-
euntes tanq; homies. Loquit aūt tanq; cū

dn̄o deo: ſiue cū ei ꝓmittit̄ filiꝰ: ſiue cum ei
ſodome iminens interitꝰ indicat̄.

De tribus viris abrae viſis cū quibus ſicut cum domino loquitur. Capl̄m. XI.

NOn paruā neq̧ trāſitoriā ↄſidera
tionē poſtulat iſte ſcripture locus.
Si em̄ vir vnꝰ viſus fuiſſet: iā illi
qui dicūt: ꝛ puſq̄ ꝺ virgine naſceret̄ ꝑ ſuā
ſubāz viſibilē filiū: q̄d aliꝺ q̄ ip̄m eſſe cla
Thi. i maret: qm̄ de patre inquiūt dictū ē: Inui
ſibili ſoli deo: Et tn̄ poſſem adhuc q̄rere:
Phil. 2 quō ante ſuſceptā carnē: habitu eſt inuen
tus vt hō: qn̄ quidē ei pedes loti ſūt: ꝛ hu
manis epulis epulatꝰ ē: Quō iſtꝺ fieri po
Ibidē terat: cū adhuc in forma dei eſſet: nō rapi
nā arbitratꝰ eſſe eq̄lis deo: Nūquid em̄ iā
ſemetip̄m exinanierat: formā accipiēs i ſi
militudinē hoim̄ factꝰ: et habitu iuētus vt
hō: Cū h̄ qn̄ fecerit ꝑ partū virginis noue
rimꝰ. Quō igit̄ anteq̄ h̄ feciſſet: vt vir vnꝰ
apparuit abrae: an illa forma vera nō erat:
Poſſem iſta q̄rere: ſi vir vnus apparuiſſet
abrae: ideq̧ dei filiꝰ crederet̄. Cū vo tres
viri viſi ſunt: nec quiſq̧ in eis vl̄ forma vel
etate vl̄ poteſtate maior ceteris dictus eſt:
cur nō hic accipiamꝰ viſibiliter inſinuatā ꝑ
creaturā viſibilē trinitatis equalitatē: atq̧
in tribus ꝑſonis vnā eandēq̧ ſubſtantiā.
Nā ne q̇ſq̧ putaret ſic intimatū vnū in tri
bus fuiſſe maiorē: vt eū dn̄m dei filiū itelli
gendū: duos aūt alios angelos eiꝰ: q̄ cū
tres viſi ſint: vni dn̄o illic loquit̄ abraam:
ſancta ſcriptura futuris talibꝰ cogitationi
bus ꝛ opinionibꝰ cōtradicēdo: nō ꝑtermi
Gen. 19 ſit occurrere: qn̄ paulopoſt duos angelos
dicit veniſſe ad loth: in quibꝰ ꝛ ille vir iuſtꝰ
qui de ſodomoꝝ incendio meruit liberari:
ad vnū dn̄m loquit̄. Sic em̄ ſcriptura loq
Gen. 18 tur dicēs: Abijt aūt dn̄s poſtq̧ ceſſauit lo
qui ad abraam: et abraā reuerſus ē ad lo
cum ſuum.

De duobus angelis qui in humana forma apparuerunt loth: et in quibus dn̄s ſingulariter appellatur. Capitulū. XII.

Gen. 19 VEnerūt aūt duo angeli i ſodomis
veſpere. Hic aūt attentiꝰ ↄſiderā
Gen. 18 dū eſt: qꝺ oſtendere inſtitui. Cum
tribꝰ certe loquebat̄ abraā: ꝛ eū dn̄m ſingu
larīt appellauit. Forte iquiet aliquis: vnū
ex tribus agnoſcebat dn̄m: alioſ aūt duos
angelos eius. Quid ſibi ergo vult: qꝺ con
Gen. 18 quēter dicit ſcriptura: Abijt aūt dn̄s poſt
q̧ ceſſauit loquēs ad abraam: ꝛ abraā re
uerſus eſt ad locum ſuū. Venerūt aūt duo Ibidē. 19
angeli in ſodomis veſpe. An forte ille vnꝰ
abſceſſerat: qui dominꝰ agnoſcebat̄ in tri
bus: et duos angelos qui cum illo erāt ad
conſumendā ſodomā miſerat: Ergo ſequē
tia videamus. Venerunt inquit duo ange Ubi. ſ
li in ſodomis veſpere. Loth autē ſedebat
ad portam ſodomoꝝ. Et cum vidiſſet eos
loth: ſurrexit in obuiam illis: ꝛ adorauit in
faciem ſuꝑ terram et dixit: Ecce domini:
diuertite in domū pueri veſtri. Hic mani
feſtum eſt et duos angelos fuiſſe: et in ho
ſpitiū pluraliter inuitatos: ꝛ honorifice ap
pellatos dominos: cum fortaſſe homines
putarent̄. Sed rurſum mouet: quia niſi an
geli dei cognoſcerent̄: nō adoraret loth in
faciem ſuꝑ terram. Cur ergo tanq̧ tali hu
manitate indigētibus: ꝛ hoſpitiū prebetur
ꝛ victus: Sed qꝺlibet hic lateat: illud nūc
quod ſuſcepimus exequamur. Duo appa
rent: angeli ambo dicunt̄: pluraliter inui
tant̄. Tanq̧ cū duobus pluraliter loquit̄:
donec exeatur a ſodomis. Deinde ſequit̄
ſcriptura: ꝛ dicit: Et factum eſt poſtq̧ eos Ibidē
eduxerūt foras: dixerūt: Saluās ſalua ani
mā tuā ne reſpexeris retro: neq̧ ſtes i hac
vniuerſa regione. In montē vade: ꝛ ibi ſal
uaberis: ne forte cōprehēdaris. Dixit aūt
loth ad eos: Rogo dn̄e: qm̄ inuenit puer
tuus an̄ te miſericordiā: ꝛ cetera. Quid eſt
hoc qꝺ dixit ad eos: Rogo domine: ſi iā
ille diſceſſerat qui dn̄s erat: ꝛ angelos mi
ſerat. Cur dr̄: Rogo dn̄e: ꝛ non rogo dn̄i:
Aut ſi vnū ex eis voluit appellare: cur ait
ſcriptura: Dixit autē loth ad eos: rogo do Ibidem
mine: quoniā inuenit puer tuus ante te mi
ſericordiā: an et hic intelligimus in plurali
numero duas ꝑſonas. Cū autē ijdem duo
tanq̧ vnus cōpellant̄ vniꝰ ſubſtantie vnū
dn̄m deū: ſ̄ q̄s duas ꝑſonas h̄ intelligimꝰ:
an patris ꝛ filij: an patris et ſpūſſancti: an
filij et ſpūſſancti: Hoc forte congruentius
qꝺ vltimū dixi: Miſſos em̄ ſe dixerūt: qꝺ
de filio ꝛ de ſpirituſancto dicimꝰ. Nā priꝫ
miſſum nuſq̧ ſcripturaꝝ nobis occurrit.

De viſione moyſi q̄ deū vidit in oreb ꝑ igne in rubo. Capl̄m. XIII.

MOyſes autē qn̄ ad ꝑpl̄m iſrael ex
egypto educendū miſſus eſt: ſic ei
dn̄m appuiſſe ſcp̄tū ē: Paſcebat i Exo. 3
q̄t oues ietro ſoceri ſui ſacerdot̄ madian:
ꝛ egit oues i deſ̄tū: ꝛ venit i mōtē dei oreb.

Apparuit aūt illi angel⁹ dñi i flāma ignis de
rubo. Et vidit qꝛ i rubo ignis arderet: rub⁹
vo nō cōburebatᷓ: ait moyſes: Ibo ꝛ vide
bo viſū iſtō: qꝺ tā magnū vidi: qm̄ nō cō-
buritᷓ rub⁹. Cū ġ vidit dñs qꝛ venit vidē:
clamauit ad eū dñs ꝺ rubo dicēs: Ego ſuȝ
de⁹ pr̄is tui: de⁹ abraā: ꝛ de⁹ iſaac: ꝛ de⁹ ia-
cob. Et h̄ pmo angel⁹ dñi dictus ē: deinde
de⁹. Nūqd ġ angel⁹ ē de⁹ abraā: ꝛ de⁹ iſaac
ꝛ de⁹ iacob: Pōt ġ recte itelligi ipe ſalua-
Roma. 9 tor: ꝺ q̄ dic apl's: Quoꝝ pr̄es: ꝛ ex q̄b⁹ xp̄s
ſm carnē: q̄ eſt ſup oīa de⁹ bn̄dict⁹ i ſecl'a.
Qui ġ ſup oīa ē de⁹ bn̄dict⁹ i ſecl'a: nō ab-
ſurde etiā hic ipe intelligitᷓ de⁹ abraā: ꝛ de⁹
iſaac: ꝛ de⁹ iacob. Sed cur pus angel⁹ dñi
dict⁹ ē: cū ꝺ rubo i flāma ignis apparuit: vtꝝ
qꝛ vn⁹ ex mult' angel' erat: ſ; p diſpēſatōeȝ
pſonā dñi ſui gerebat: an aſſūptū erat ali-
q̄d creature: qꝺ ad pſens negociū viſibilitᷓ
appareret: ꝛ vñ voces ſenſibilitᷓ ederetᷓ: q̄b⁹
pſentia dñi p ſbiectā creaturā corpeis etiā
ſenſib⁹ hoīs ſic oportebat exhiberetᷓ: Si em̄
vn⁹ ex angel' erat: q̄s facile affirmare poſſit
vtrū ei filij pſona nūciāda impoſita fuerit:
an ſpūſſancti: an dei pr̄is: an ipi⁹ oīno trini
Exo. 3 tat': q̄ eſt vn⁹ ꝛ ſol⁹ de⁹: vt diceret: ego ſum
de⁹ abraā: ꝛ de⁹ iſaac: ꝛ deus iacob: Neq;
em̄ poſſum⁹ dicere deū abraā: ꝛ deū iſaac:
ꝛ deū iacob: filiū dei eſſe: ꝛ patrē nō eē: aut
ſpm̄ſanctū: aut ipaȝ trinitatē quā credim⁹
ꝛ intelligim⁹ vnū deū. Audebit aliq̄s nega
re deū abraā: ꝛ deū iſaac: ꝛ deū iacob: Ille
em̄ nō ē illoꝝ patꝝ de⁹ q̄ nō eſt de⁹. Porro
ſi nō ſolū pr̄ de⁹ ē: ſic oēs etiā heretici cōce
dūt: ſ; etiā fili⁹: qꝺ velint nolint cogūtᷓ fate-
Roma. 9 ri: dicēte aplo: Qui ē ſup oīa de⁹ bn̄dict⁹ i
i. Cori. 6 ſecula: ꝛ ſpūſſāct⁹: dicēte ipo aplo: Clarifi
cate ġ deū in corpe vr̄o: cuȝ ſupra diceretᷓ:
Ibidē neſcitis qm̄ corpa vr̄a templū in vobis eſt
ſpūſſancti: quē habet' a deo: et hi tres vn⁹
de⁹: ſic catholica ſanitas credit: nō ſat' elu
cet quā i trinitate pſonā: ꝛ vtrū aliquā: an
ipius trinitat' gerebat ille angel⁹: ſi vn⁹ ex
ceteris angelis erat. Si aūt i vſum rei pſen
tis aſſumpta creatura eſt: q̄ ꝛ hūanis oclis
appareret: ꝛ aurib⁹ inſonaret: ꝛ appellaretᷓ
angel⁹ dñi: ꝛ dñs ꝛ de⁹: nō pōt h̄ de⁹ pr̄ in-
telligi: ſ; aut fili⁹: aut ſpūſſanct⁹: q̄q̄ ſpiri-
tūſctm̄ alicubi angelū dictū nō recolā: ſ; ex
Ioh. 16 ope poſſit itelligi. Dictū em̄ ꝺ illo ē: Que
vētura ſūt annūciabit vob̄. Et vtiq; ange-
lus grece: latine nūcius interptatᷓ. De dño
aūt ieſu xp̄o euidētiſſime legim⁹ apꝺ ꝓphe
Eſa. 9 tā: ꝙ magni ꝯſilij angel⁹ dict⁹ ſit: cū ꝛ ſpūſ
ſanct⁹: ꝛ dei fili⁹ ſit deus ꝛ dñs angeloꝝ.

¶ De apparitiōe dei in exitu iſrael de egypto. ¶ Capl'm. XIIII.

Lē in exitu filioꝝ iſrl' de egypto ſcri-
ptū ē: De⁹ aūt pibat illos: die q̄dē in Exo. 13
colūna nub' ꝛ oñdebat illiſ viā: nocte
aūt i colūna ignis: ꝛ nō deficiebat colūna
nubis die: et colūna ignis nocte añ pp'lm.
Quis ꝛ h̄ dubitet p ſbiectā creaturā eādē-
q; corpeā: nō p ſuā ſubaȝ deū oclis appa-
ruiſſe mortaliū: ſ; vtrū prēȝ: an filiū: an ſpi-
ritūſanctū: an ipaȝ trinitatē vnū deū ſilr̄ ſi
apparet. Nec ibi hoc diſtinguitᷓ q̄ntū exiſti
mo: vbi ſcp̄tū ē: Et maieſtas dñi apparuit Ibidē
in nube: ꝛ locut⁹ eſt dñs ad moyſen dicēs:
exaudiui murmur filioꝝ iſrl': ꝛ cetera.

¶ De his que diuinit⁹ geſta ſunt i monte ſyna. ¶ Capitulū. XV.

Iam vo de nubib⁹ ꝛ vocib⁹ ꝛ fulgori
b⁹ ꝛ tuba ꝛ fumo i mōte ſyna cū dice
retᷓ. Syna aūt mōs fumabat tot⁹: p- Exo. 19
pterea ꝙ deſcēdiſſȝ de⁹ i igne i eū: ꝛ aſcēde
bat fum⁹ tāq; fum⁹ fornac': et mēte ꝯfuſus
ē oīs pp'ls vehemētᷓ: fiebāt aūt voces tube
ꝓdeūtes fortitᷓ valde. Moyſes loq̄batᷓ: et
de⁹ rñdebat ei voce. Et paulop⁹ data lege i
decē pcept': ꝯſeq̄ntᷓ dr̄: Et oīs pp'lus vide-
bat voces ꝛ lāpades ꝛ voces tube ꝛ mōtē
fumātē. Et paulop⁹: Et ſtabat iq̄t oīs pp'ls
a lōge. Moyſes āt itrauit i nebulā vbi erat
de⁹: ꝛ dixit dñs ad moyſen ꝛc̄. Quid hinc
dicā: niſi ꝙ nemo tā vecors ē: q̄ credat fu-
mū: ignē: nubes ꝛ nebulā: ꝛ ſi qua ſunt hu-
iuſmodi: vbi ꝛ ſapientie dei qꝺ eſt xp̄s: vel
ſpūſſancti eſſe ſubam: Nā de pr̄e deo: nec
arriani h̄ vnq; auſi ſunt dicere. Ergo crea
tura ſuiēte creatori facta ſūt illa oīa: ꝛ hūa
nis ſenſib⁹ p diſpēſatiōe cōgrua pſentata:
niſi forte qꝛ dictū eſt: moyſes aūt intrauit i Ibi.
nebulā vbi erat de⁹: hoc arbitrabitᷓ carna-
lis cogitatio a pp'lo quidē nebulā viſā: in-
tra nebulā vo moyſen oclis carneis vidiſ-
ſe filiū dei: quē delyrātes heretici in ſua ſb
ſtātia viſū volūt. Sane viderit eū moyſes
oculis carneis: ſi oclis carneis pōt videri:
nō mō ſapiētia dei qꝺ ē xp̄s: ſ; vl' ipa cuiuſ
lib; hoīs ꝛ q̄liſcūq; ſapiēt'. Aut qꝛ ſcp̄tū ē Exo.
de ſeniorib⁹ iſrl': qꝛ viderūt locū vbi ſtete-
rat de⁹ iſrl': ꝛ qꝛ ſub pedib⁹ ei⁹ tanq; opus
lapidis ſapphyri: ꝛ tāq; aſpect⁹ firmamēti
celi. Propterea credēdū ē vbū ꝛ ſapiētiā
dei p ſuā ſubſtātiā in ſpacio loci terreni ſte
tiſſe: q̄ ptendit a fine vſq; ad finē fortiter: ꝛ Sap.
diſponit omnia ſuauiter: ꝛ ita eſſe mutabi-

Joh.j le verbum dei: per quod facta ſunt oīa: vt
mō ſe ꝯtrahat: mō diſtēdat. Mundet dn̄s
a talibꝰ cogitatiōibꝰ corda fidelium ſuoꝝ:
ſed ꝑ ſubiectā: vt ſepe diximꝰ: creaturā ex-
hibent̄ h̄ oīa viſibilia ⁊ ſenſibilia: ad ſigni-
ficandū iuiſibilē atqꝫ intelligibilē deū: non
Roma.jj ſolū patrē: ſed ⁊ filiū: ⁊ ſpm̄ſanctū: ex quo
Ibidē.j omnia: ꝑ quē omnia: in quo oīa: q̄ꝫ inui-
ſibilia dei a creatura mūdi: ꝑ ea que facta
ſūt intellecta ꝯſpiciant̄: ſempiterna quoqꝫ
virtus eius ⁊ diuinitas. Sed qꝺ attinet ad
Exo.j9 id qꝺ nūc ſuſcepimꝰ: nec in monte ſyna vi-
deo quēadmodū appareat ꝑ illa oīa q̄ mor-
taliū ſenſibꝰ terribiliter oſtēdebant̄: vtrum
deus trinitas: an pater: an filius: an ſpiriꝰ
ſanctꝰ ꝓprie loq̄bat̄. Verūtamē ſi q̇d hinc
ſine affirmādi temeritate modeſte atqꝫ cū-
ctanter cōiectare cōcedit̄: ſi vna ex trinita-
te ꝑſona poteſt intelligi: cur nō ſpm̄ſanctū
Exo.3j potiꝰ intelligimꝰ: qn̄ ⁊ tabulis lapideis: lex
ip̄a q̄ ibi data eſt: digito dei ſcripta eſſe dr̄:
quo noīe ſpm̄ſanctū ī euāgelio ſignificari
nouimꝰ? Et q̇nquagita dies numerant̄ ab
occiſione agni ⁊ celebratiōe paſce vſqꝫ ad
diē q̊ hec fieri cepta ſunt in mōte ſyna. Sic
poſt dn̄i paſſionē: ab eiꝰ reſurrectiōe quin-
quaginta dies numerant̄: vt venit ꝓmiſſꝰ
a filio dei ſpūſſanctꝰ. Et in ip̄o eius aduē-
Act.2 tu quē in aplo͞ꝝ actibus legimꝰ: per diuiſi-
onē linguarū ignis apparuit: qui ⁊ inſedit
ſuꝑ vnūquēqꝫ eoꝝ. Qꝺ exodo ꝯgruit: vbi
Exo.j9 ſcriptū eſt: Syna aūt mōs fumabat totus:
ꝓpterea ꝙ deſcēdit in eū deus in igne. Et
aliquāto poſt: Aſpectus inquit maieſtatis
dn̄i: tanq̄ꝫ ignis ardens ſuꝑ verticē mōtis
corā filijs iſrael. Aut ſi hec ideo facta ſunt:
q2 nec pater: nec filius illic eo mō p̄ſentari
poterāt ſine ſpūſancto: q̊ ip̄aꝫ legem ſcribi
oportebat. Deū quidē nō ꝑ ſubſtantiā ſuā
q̄ inuiſibilis ⁊ incōmutabilis manet: ſꝫ per
illā ſpeciē creature illic apparuiſſe cogno-
ſcimꝰ. Sed aliquā ex trinitate ꝑſonā ſigno
quodā ꝓprio q̄ſtū ad mei capacitatē ſen-
ſus ꝑtinet: non videmus.

Utrum deus per ſuā ſubſtantiā Moyſi apparuerit: an per viſibile creaturā. Capitulū. XVI.

Exo.33 Eſt etiā quo moueri pleriqꝫ ſolēt:
quia ſcriptū eſt: Et locutꝰ eſt dn̄s
ad Moyſen facie ad facieꝫ: ſic q̇s
loq̇t̄ ad amicū ſuū: cū paulopoſt dicat idē
Moyſes: Si g̊ inueni gratiā an̄ te: oſtēde
mihi temetip̄m manifeſte: vt videam te: vt
ſim inueniēs gratiā ante te: ⁊ vt ſciā q2 po-
pulus tuꝰ ē gens hec. Et paulopoſt iterū.
Dixitqꝫ Moyſes ad dn̄m: Oſtende mihi Ibidē
maieſtatē tuā. Quid eſt hoc ꝙ in omibꝰ q̄
ſupra fiebāt: deus videri ꝑ ſuā ſubſtantiā
putabat̄: Un̄ a miſeris creditus eſt: nō per
creaturā: ſed ꝑ ſeip̄m viſibilis filius dei: et
ꝙ intrauerat ī nebulā Moyſes ad hoc in-
traſſe videbat̄: vt oculis quidē populi oſtē-
deret̄ caligo nebuloſa: ille aūt intus verba
dei tanq̄ꝫ eiꝰ faciē ꝯtēplatꝰ audiret. Et quō
dictū eſt: Locutꝰ ē dn̄s ad Moyſen facie Ibidē
ad faciē: ſicut q̇s loquit̄ ad amicū ſuū. Ec-
ce idem dicit: Si inueni gratiā ante te: oſtē- Ubi.s.
de mihi temetip̄m manifeſte. Nouerat vti-
qꝫ qꝺ corꝑaliter videbat: ⁊ verā viſionem
dei ſpiritalit̄ req̄rebat. Locutio quippe illa
que fiebat in vocibꝰ ſic modificabat̄: tanq̄ꝫ
eſſet amici loquētis ad amicū. Sꝫ deū pa-
trē q̇s corporeis oculis videt? Et in p̄nci- Joh.j
pio erat verbū: ⁊ verbū erat apud deum: ⁊ Ibidē
deus erat verbū: per qꝺ facta ſunt omnia:
q̇s corporeis oculis videt? Et ſpm̄ ſapiē-
tie: quis corporeis oculis videt? Quid eſt
autem: Oſtende mihi temetip̄m manifeſte Exo.33
vt videā te: niſi oſtēde mihi ſubſtātiā tuā?
Hoc aūt ſi nō dixiſſet Moyſes: vtcūqꝫ fe-
rendi eſſent ſtulti: qui putāt ꝑ ea que ſupra
dicta vel geſta ſunt: ſubſtātiā dei oculis eiꝰ
fuiſſe cōſpicuā. Cum vͦo hic aptiſſime de-
mōſtret̄: nec deſiderāti hoc fuiſſe cōceſſuꝫ:
quiſ audeat dicere per ſimiles formas que
huic quoqꝫ viſibiliter apparuerāt: nō crea-
turā deo ſeruientē: ſꝫ hocip̄m qꝺ deꝰ eſt cu-
iuſq̄ꝫ oculis apparuiſſe mortaliū? Et hoc q̄-
dem qꝺ poſtea dn̄s dicit ad Moyſen: Nō Ibidē
poteris videre faciē meā: ⁊ viuere. Nō em̄
videbit hō faciē meā ⁊ viuet. Et ait dn̄s:
Ecce locus penes me eſt: et ſtabis ſuꝑ pe- Ibidem
trā: ſtatim vt trāſibit mea maieſtas: et po-
nā te in ſpecula petre: et tegā manū meam Ubi.s
ſuꝑ te: donec tranſeā: ⁊ auferā manū meā:
et tūc videbis poſteriora mea: nam facies
mea nō apparebit tibi.

Qꝺ ex ꝑſona dn̄i Jeſu dicta intelligēda ſint Moyſi: ponā te ſuꝑ petrā: et auferā manū meā: et poſteriora mea videbis. Ca. XVII.

Non incōgruenter ex perſona do-
mini nr̄i Jeſu xp̄i p̄figuratuꝫ ſolet
intelligi: vt poſteriora eiꝰ accipiat̄
caro eius: in qua de virgine natꝰ eſt: ⁊ mor-
tuus ⁊ reſurrexit: ſiue ꝓpter poſteriorita-
tē mortalitat̄ poſteriora dicta ſint: ſiue ꝙ
eam prope finem ſeculi: hoc eſt poſterius

Phi.2 ſuſcipere dignatus ē. Facies aūt eiꝰ illa dei
forma: in qua rapinā arbitrat̃ eſſe equalis
deo pr̄i: quā nemo vtiq̄ pōt videre ⁊ viue
re: ſiue q2 poſt hāc vitā i qua ꝑegrinamur
Sap.9 a dn̄o: ⁊ vbi corpus qđ corrūpit̃ aggrauat
j.Cor.13 animā: videbimꝰ facie ad faciē: ſicut dicit
Ps.38 aplꝰs. De hac eñ vita i pſalmo dicit̃: Ve
rūtamē vniuerſa vanitas oīs hō viuens.
Ps.142 Et iterū: Qm̄ nō iuſtificabit̃ corā te oīs
j.Joh.3 viuens. In qua vita etiā ſm̄ Joannē: nō-
dum apparuit quod erimus. Scimus aūt
inq̄t q2 cū apparuerit: ſimiles ei erimꝰ: qm̄
videbimꝰ eum ſicuti eſt. Qđ vtiq̄ poſt hāc
vitam intelligi voluit: cum mortis debitū
ſoluerimus: ⁊ reſurrectiōis ꝓmiſſum rece-
perimus: Siue qđ etiā nūc inquātū dei ſa
pientiā ꝑ quā facta ſūt omnia: ſpiritaliter
intelligimꝰ: intantū carnalibꝰ affectibꝰ mo
rimur: vt mortuū nobis hūc mūdū deputā
tes: noſq̄ ipi huic mūdo moriamur: ⁊ dica
Gal.6 mꝰ qđ ait aplꝰs: Mūdꝰ mihi crucifixꝰ ē: ⁊
Colo.2 ego mūdo. De hac eñ morte: iter̄ dic̄: Si
aūt mortui eſtis cū xp̄o: quid adhuc velut
viuētes de hoc mūdo decernitis? Non ḡ
immerito: nemo poteſt faciē: id eſt ipā3 ma
nifeſtationē ſapientie dei videre ⁊ viuere.
Ipa eni eſt ſpecies: cui cōtemplāde ſuſpi-
Math.22 rat omnis q̄ affectat deum diligere ex toto
corde: ⁊ ex tota anima: ⁊ ex tota mēte. Ad
quā ꝯtēplandā etiā ꝓximū quātū poteſt
edificat: qui diligit ⁊ ꝓximū ſicut ſeipſum.
Ibidē In quibꝰ duobus p̄ceptis: tota lex pendet
⁊ ꝓphete. Qđ ſignificat̃ etiā in ipo moyſe.
Nam cum dixiſſet ꝓpter dilectionē dei qua
Exo.33 p̄cipue flagrabat. Si inueni gratiā in con
ſpectu tuo: oſtende mihi temetipm̄ manife
ſte: vt ſim inueniēs gratiā ante te: cōtinuo
ꝓpter dilectionē etiā proximi ſubiecit atq̄
ait: Et vt ſciā q2 ppl'us tuus ē gens h̄. Illa
eſt ergo ſpecies que rapit omnē animā ra-
tionalē deſiderio ſui: tanto ardētiorē: quā-
to mundiorē: ⁊ tanto mūdiorē: quanto ad
ſpiritalia reſurgentē. Tanto aūt ad ſpirita
lia reſurgentē: quāto a carnalibꝰ morientē.
2.Cor.5 Sed dū ꝑegrinamur a dn̄o: ⁊ per fidē am-
bulamus: nō ꝑ ſpeciē: poſteriora xp̄i: hoc
eſt carnē per ipſam fidē videre debemꝰ: id
eſt i ſolido fidei fundamēto ſtantes: qđ ſi-
gnificat petra: ⁊ eā de tali tutiſſima ſpecula
intuētes: in catholica. ſ. eccleſia: de qua di
Math.16 ctum eſt: Sup hāc petrā edificabo eccl'iā3
meā. Tanto eni certius diligimꝰ: quāto vi
dere deſideramꝰ faciē xp̄i: quā tāto i poſte
riorib' ſuis agnoſcimꝰ: quāto nos prior di

lexerit xp̄s. Sed in ipa carne: fides reſurre Roma.
ctionis eius ſaluos facit atq̄ iuſtificat. Si
eni credideris inquit in corde tuo: q2 illū
deus ſuſcitauit a mortuis: ſaluꝰ eris. Et ite
rum: Qui traditus eſt inquit ꝓpter delicta Roma.
noſtra: ⁊ reſurrexit ꝓpter iuſtificationē no-
ſtrā: ideoq̄ reſurrectio corpis dn̄i eſt meri
tum fidei noſtre. Nam mortuā eſſe illā car
nem in cruce paſſionis: etiam inimici eius
credūt: ſed reſurrexiſſe non credūt. Quod
firmiſſime nos credētes: tanq̄ de petre ſo-
liditate ꝯtuemur: vnde certa ſpe adoptio-
nem expectamꝰ: redēptionē corpis noſtri:
q2 hoc in mēbris xp̄i ſperamus: que noſipi
ſumꝰ: qđ ꝑfectū eſſe in ipſo tanq̄ in capite
noſtro fidei ſanitate cognoſcimꝰ. Inde nō
vult niſi cū tranſierit videri poſteriora ſua: Exo.33
vt in eius reſurrectionē credat̃. Paſca eñ
hebreū verbū dr̄: qđ trāſitū interp̄tamur.
Vñ ⁊ Joannes euāgeliſta dic̄: Ante diē fe Joh.13
ſtū paſce: ſciēs Jeſus q2 venit eiꝰ hora: vt
tranſeat ex hoc mūdo ad patrē. Hoc aūt q̄
credūt: nec tñ in catholica fide. ſ. i ſciſma-
te aliquo: aut in hereſi credūt: nō de loco q̄
eſt penes eum vidēt poſteriora dn̄i. Quid
eni ſibi vult qđ ait dn̄s: Ecce locꝰ ē penes Exo.33
me: ⁊ ſtabis ſup petrā? Quis locꝰ terrenꝰ ē
penes dn̄m: niſi hoc eſt penes eū qđ eū ſpi
ritaliter attingit? Nā quis locus nō eſt pe-
nes dn̄m: q̄ attingit a fine vſq̄ ad finē for- Sap.
titer: ⁊ diſponit oīa ſuauiter? Et cuiꝰ dictū
eſt: Celū mihi ſedes eſt: ⁊ terra ſcabellū pe Eſa.6
dū eiꝰ. Et q̄ dixit: Quā domū edificabitis Ibidē
mihi: aut quis locꝰ quietis mee: nōne ma-
nus mea fecit hec oīa? Sed videlic3 intel-
ligit̃ locus penes eū in quo ſtat̃ ſup petrā:
ipa eccleſia catholica: vbi ſalubriter videt
paſca dn̄i: id ē trāſitū dn̄i: ⁊ poſteriora eiꝰ:
id eſt corpꝰ eius qui credit in reſurrectionē
eius. Et ſtabis inquit ſup petrā: ſtatim vt Exo.3
tranſiet mea maieſtas. Reuera eni ſtatim
vt trāſijt maieſtas dn̄i in clarificatiōe dn̄i:
qua reſurgēs aſcēdit ad patrē: ſolidati ſu-
mus ſup petrā. Et ipe Petrꝰ tūc ſolidatꝰ
eſt: vt cū fiducia p̄dicaret: quē3 p̄uſq̄ eſſet
ſolidatꝰ: ter timore negauerat: iā quidē p̄-
deſtinatiōe poſitꝰ i ſpecula petre: ſ3 adhuc Math
manu dn̄i ſibi ſuppoſita ne videret. Poſte
riora eni eiꝰ viſurus erat: ⁊ nōdū ille trāſie-
rat vtiq̄ a morte ad vitā: nōdū reſurrecti-
one clarificatꝰ erat. Nā ⁊ qđ ſequit̃ in exo-
do: ⁊ dicit: Tegā manū meā ſup te: donec Exo.
tranſeā: ⁊ auferā manū meā: ⁊ tūc videbis
poſteriora mea. Multi iſraelite quoq̄ tūc

figura erat moyſes: poſt reſurrectionē dñi
crediderūt in eū: tanq̄ iā vidētes poſterio
ra eiꝰ: remota manu eiꝰ ab oclis ſuis. Vñ ⁊
Eſa. 6 Eſaie talē ꝓphetiā euāgeliſta ꝯmemorat.
Math. 13 Incraſſa cor ꝑpli huiꝰ: ⁊ aures eoꝝ oppila:
⁊ oculos eoꝝ graua. Deniq̄ in pſalmo nō
Ps. 31 abſurde intelligit ex eoꝝ pſona dici: Quī
die ac nocte grauata eſt ſuꝑ me manꝰ tua.
Hic fortaſſe cū manifeſta miracła faceret:
nec ab eis agnoſceret. Nocte aūt cū i paſ-
ſione moreret: qſi certiꝰ putauerūt ſic quē-
libet hoiem ꝑemptū ⁊ extinctū. Sed qm̄
cū trāſiſſet vt eiꝰ poſteriora viderent: ꝑdi-
Act. 2 cāte ſibi apoſtolo petro: q2 oportebat xp̄m
pati ⁊ reſurgere: cōpuncti ſunt dolore peni
tentie: vt fieret in baptizatis: quod i capite
Ps. 31 pſalmi dicit: Beati q̄ꝝ remiſſe ſunt iniq̄ta
tes: ⁊ quoꝝ tecta ſūt peccata. Propterea
Ibidē cū dictū eēt: Grauata ē ſuꝑ me manꝰ tua:
tanq̄ dño trāſeunte: vt iam remoueret ma
nū ⁊ viderent poſteriora eiꝰ: ſequit vox do
lentis ⁊ cōfitētis: ⁊ ex fide reſurrectōis dñi
Ibidē peccatoꝝ remiſſionē accipiētis: Cōuerſus
ſum inq̄t in erūna mea dū infigeret ſpina.
Peccatū meū cognoui: ⁊ iniuſticiā meam
nō operui. Dixi ꝓnūciabo aduerſum me
iniuſticiā meā dño: ⁊ tu remiſiſti impietatē
peccati mei. Neq̄ eīm tāto carnis nubilo
debemꝰ iuolui: vt putemꝰ faciē quidē dñi
eſſe iuiſibilē: dorſum v̄o viſibile: qn̄ quidē
i forma ſerui vtrūq̄ viſibiliter appꝛuit. In
forma aūt dei abſit vt tale aliquid cogitet.
Abſit vt verbum dei ⁊ ſapiētia dei ex vna
ꝑte habeat faciē: ex alia dorſum ſic corpus
hūanū: aut oīno vlla ſpecie vel motiōe: ſi-
ue loco: ſiue tꝑe cōmutet. Quapropter ſi i
illis vocibꝰ q̄ fiebāt in exodo: ⁊ illis omibꝰ
corporalibꝰ demōſtratiōibꝰ dñs Jeſꝰ xp̄s
oſtēdebat: aut alias xp̄s ſicut loci huiꝰ cō-
ſideratio pſuadet: al's ſpūſſanctus: ſic ea q̄
ſupra diximus admonēt: nō h̄ efficit vt deꝰ
pr̄ nunq̄ tali aliq̄ ſpecie pr̄ibus viſus ſit.
Multa eīm talia viſa facta ſūt illis tꝑibus
nō euidēter noiato ⁊ deſignato i eis vł pr̄e
vł filio: vł ſpū ſancto: ſ tñ ꝑ q̄ſdā valde ꝓ-
babiles ſignificatiōes nōnullis indicijs exi
ſtētibꝰ: vt nimis temerariū ſit dicē: deū pa-
trē nūq̄ pr̄ibus aut ꝓphis ꝑ aliq̄s viſibi-
les formas apparuiſſe. Hāc eīm opinionē
illi ꝑpꝑerūt: q̄ nō potuerūt i vnitate trinita
j. Thi. 1 tis intelligē qđ dictū ē: Regi aūt ſeculoꝝ
Ibidē. 6 imortali iuiſibili ſoli deo: ⁊ quē nemo hoim
vidit: nec videre pōt. Qđ de ipa ſba ſūma
ſūmeq̄ diuia ⁊ incōmutabili: vbi ⁊ pr̄ ⁊ fi-
lius ⁊ ſpūſſanctus: vnus ⁊ ſolus deus ꝑ ſa
nā fidē itelligit. Viſiōes aūt ille ꝑ creaturā
ꝯmutabilē deo incōmutabili ſubditā facte
ſūt: nō ꝓprie ſicuti ē: ſ ſignificatiue: ſic pro
reꝝ cauſis ⁊ tꝑibꝰ oportuit oñdentes deū.

De viſiōe Danielis i qua illi et patris ⁊ filij pſona apparuit i ſpecie corporali. Caplm. XVIII.

Q Uāq̄ neſcio queadmodū iſti itel-
ligāt qđ danieli apparuit antiquꝰ
dieꝝ: a q̄ filiꝰ hois qđ ꝓpt nos eē
dignatus ē accepiſſe itelligit regnū: ab illo
ſcʒ q̄ ei dic̄ in pſalmo: Filius meꝰ es tu: ego Ps. 2
hodie genui te: poſtula a me ⁊ dabo tibi gē
tes hereditatē tuā: ⁊ q̄ oia ſubiecit ſb pedi-
bus eius. Si g̃ danieli: ⁊ pr̄ dās regnū: ⁊ fi
lius accipiēs: apparuerūt i ſpecie corꝑali:
quō iſti dicūt: patrē nūq̄ viſū eē ꝓphis: ⁊
ideo ſolū debere intelligi iuiſibilē quē ne- j. Thi. 6
mo hoim vidit nec videre pōt. Ita. n. nar
rauit daniel: Aſpiciebā inq̄t donec throni Dan. 7
poſiti ſunt: ⁊ vetuſtꝰ dieꝝ ſedebat: ⁊ indu-
mētū eius q̄ſi nix albū ⁊ capillus capit̄ eiꝰ
q̄ſi lana mūda. Thronꝰ eius flāma ignis:
rote eius ignis flagrās: ⁊ flumē ignis trāſi-
bat i ꝯſpectu eiꝰ: et mille milia deſeruiebāt
ei: ⁊ dena milia denū miliū aſſiſtebāt ei. Et
iudiciū collocauit: et libri apti ſunt ⁊c̄. Et
paulopoſt. Aſpiciebā inq̄t i viſu noctis: et Ibidē
ecce cū celi nubibꝰ q̄ſi filiꝰ hois erat: ⁊ vſq̄
ad veterē dieꝝ ꝑuenit: ⁊ oblatꝰ ē ei. Et ipi
datus ē ꝑncipatus ⁊ honor ⁊ regnū: ⁊ oēs
ꝑpli tribus ⁊ lingue ipi ſeruient. Poteſtas
eius: poteſtas etna q̄ non ꝑteribit: ⁊ regnū
eius qđ nō corrūpet. Ecce pater dās: ⁊ fi-
lius accipiēs regnū ſempiternū: ⁊ ſunt am
bo i cōſpectu ꝓphetātis viſibili ſpē. Nō g̃
incōuenieter credit etiā pater deus eo mō
ſolere apparere mortalibꝰ. Niſi forte aliq̄s
dicat: ideo nō eſſe viſibilē patrē: q2 in cō-
ſpectu ſomniātis apparuit. Ideo aūt viſi-
bilē filiū ⁊ ſpiritū ſanctū: q2 moyſes illa om
nia vigilās vidit. Quaſi v̄o verbū ⁊ ſapi-
entiā dei vidit moyſes carnalibus oculis:
aut videri ſpiritus vel hūanus poteſt qui
carnem iſtā viuificat: vel ipe corporeus q̄
ventus dicitur: quātominus ille ſpiritus
dei qui omniū hominū ⁊ angeloꝝ mentes
ineffabili excellētia diuine ſubſtātie ſuper-
gredit. Aut q̄ſq̄ tali ꝑcipitet errore: vt au-
deat dicere filiū ⁊ ſpm̄ſanctū etiā vigilāti-
bus homibꝰ eſſe viſibiles: patrē aūt nō ni-
ſi ſomniātibꝰ. Quō g̃ de pr̄e ſolo accipiūt:
Quē nemo hoim vidit: nec videre poteſt: j. Thi. 6

An cū dormiūt hoīes: tūc nō ſunt hoīes? Aut q̄ formare ſilitudinē corꝑis pōt ad ſe ſignificandū ꝑ viſa ſomniantiū: nō poteſt formare ipſam corporeā creaturā ad ſe ſignificandū oculis vigilantiū: cū eius ipſa ſubſtātia qua eſt ipe qđ eſt nulla corporis ſimilitudine dormiēti: nulla corporea ſpecie vigilanti poſſit oſtēdi. Sed nō ſolū patris: verūetiā filij ⁊ ſpiritusſancti: et certe q̄ vigilantiū mouent̄ viſis: vt nō patrē: ſ; tantū filiū vel ſpiritūſanctū credāt: corꝑalib⁹ hoīm apparuiſſe cōſpectib⁹: vt omittā tātam latitudinē sanctaꝝ paginaꝝ: ⁊ tā multiplicē earū intelligentiā: vnde nemo ſani capitis affirmare debet: nuſq̄ ꝑſonā patr̄ ꝑ aliquā ſpeciē corporalē vigilantiū oculis demonſtratā. Sed vt hoc vt dixi omittam: quid dicūt de patre nr̄o Abrahā: cui certe vigilanti ⁊ miniſtrāti: cū ſcriptura ꝑmiſiſſet dicens: Uiſus eſt dn̄s Abrae non

Gen. 18 vn⁹ aut duo: ſed tres apparuerūt viri: quorū nullus excelſius alijs eminuiſſe dict⁹ ē: nullus honorati⁹ effulſiſſe: nullus imperioſi⁹ egiſſe? Quapropter qm̄ in illa tripita nr̄a diſtributiōe: primū querere inſtituim⁹: vtꝝ pater: an fili⁹: an ſpūſanct⁹: an aliqn̄ pat̄: aliqn̄ fili⁹: aliqn̄ ſpūſanct⁹: an ſine vlla diſtinctiōe ꝑſonaꝝ: ſicut dicit̄: deus vn⁹ ⁊ ſolus: id eſt trinitas ipa: ꝑ illas creature formas patrib⁹ apparuerit: interrogatis q̄ potuim⁹ quātum ſufficere viſum eſt: ſanctaꝝ ſcripturarū locis: nihil aliud quātū exiſtimo diuinoꝝ ſacramētoꝝ modeſta ⁊ cauta ꝯſideratio ꝑſuadet: niſi vt temere nō dicamus que nā ex trinitate ꝑſona cuilibet patrū ⁊ ꝓphetaꝝ in aliquo corꝑe vel ſilitudine corporis apparuerit: niſi cu; cōtinentia lectiōis aliqua ꝓbabilia circūponit indicia. Ipa em̄ natura vel ſubſtātia vel eſſentia vel quolibet alio nomie appellandū eſt idipm̄ qđ deus eſt: quicq̄d illud eſt corporaliter videri non poteſt. Per ſubiectā vō creaturā: nō ſolū filiū vl̄ ſpiritūſanctū: ſed etiā patre; corꝑali ſpecie ſiue ſimilitudine mortalib⁹ ſenſibus ſignificationē ſui dare potuiſſe credendū eſt. Que cu; ita ſint: ne īmoderatius ꝓgrediatur ſecūdi hui⁹ voluminis longitudo: ea que reſtant in conſequētibus videamus.

¶ Explicit liber ſecūdus.

¶ Incipiūt capitula libri tertij.

i ¶ Utrū cū de⁹ hoīb⁹ viſus ē: ipe ꝑ aſſumptā creature ſpeciē apparuerit an vō āgeli ex ꝑſōa ipi⁹ ſint locuti.

ij ¶ De mutatiōib⁹ creature: ſiue ꝯſuetudinarijs: ſiue inſolitis q̄ nō fiūt extra ptātem ac potentiā creatoris.

iij ¶ Exēplū q̄ oñdit oēs cās actionū rationabiliū a ſūma dei volūtate deſcēdere.

iiij ¶ De ꝓuidētia dei q̄ ſub lectioni ſanctoꝝ ꝑſidet angeloꝝ.

v ¶ Qr ope dei oīs creatura admiſtrat̄: q̄ ⁊ mira mlta ordini cōſuetudinis inſerunt̄.

vj ¶ Qr de⁹ omnē creaturā corꝑalē animare cognoſcit in vteris matrū.

vij ¶ De miraculis q̄ magicis artib⁹ fiūt.

viij ¶ Quicq̄d angeli trāſgreſſores mali faciūt: nō ipis ſuiūt ad nutū creature corꝑales: ſ; deo a quo dat̄ ptās.

ix ¶ De cauſis origīalib⁹ creaturaꝝ corporaliū q̄s mūdo creator inſeruit.

x ¶ De ſignificatiōib⁹ q̄ ad manifeſtandā voluntatē dei: ſiue ꝑ angelos: ſiue ꝑ homīes miniſtrant̄.

xj ¶ Eſſentiā trinitat̄ nunq̄ oculis apparuiſſe mortaliū: ſed ꝑ ſubiectā ſibi creaturā ſignificaſſe que voluit.

¶ Incipit proemiū in tertiū librū.

Credāt q̄ volūt: malle me legendo q̄ legēda dictādo laborare. Qui aūt h̄ nolunt credere expiri vō ⁊ pñt ⁊ volunt: dētq̄ legēdo vl̄ meis inq̄ſitiōib⁹ r̄ndeat̄: vel īterrogationib⁹ alioꝝ: q̄s ꝓ mea ꝑſona quā ī ſeruitio xp̄i gero: ⁊ ꝓ ſtudio q̄ fidē noſtrā aduerſu; errorē carnaliū ⁊ aīaliū hoīm muniri inardeſco: neceſſe ē me pati: ⁊ videant q̄; facile ab iſto labore me tēꝑem: ⁊ quāto etiā gaudio ſtilū poſſim hīc feriatū. Qr ſi ea q̄ legim⁹ de his reb⁹ ſufficiēter edita ī latino ſermone: aut nō ſūt: aut nō īueniunt̄: aut certe difficile a nob̄ īueniri queūt. Grece aūt ligue nō ſit nob̄ tant⁹ habit⁹: vt taliū reꝝ libris legēdis ⁊ intelligēdis vllo mō repiamur idonei: q̄ genē lr̄aꝝ ex his q̄ nob̄ pauca iterꝑtata ſūt: nō dubito cūcta q̄ vtiliter q̄rere poſſum⁹ ꝯtineri. Fratrib⁹ aūt nō valeā reſiſtere iure: q̄ eis ſeru⁹ fact⁹ ſū: flagitātib⁹ vt eoꝝ ī xp̄o laudabilib⁹ ſtudijs: ligua ac ſtilo meo: q̄s biga in me caritas agitat: maxie ſeruiā: egoq̄ ipſe multa q̄ neſciebā: ſcribēdo me didiciſſe cōfitear: nō debet h̄ labor me⁹ cuiq̄ pigro: aut multū docto videri ſupfluus: cū multis impigris multiſq̄ indoctis: int̄ quos etiā mihi non parua ex ꝑte ſit neceſſarius. Ex his igit̄ que ab alijs

de hac re ſcripta iã legimꝰ: plurimũ ãminiculati ⁊ adiuti: ea que de trinitate: vno ſũmo ſũmeq; bono deo pie queri ⁊ diſſeri poſſe arbitror: ipo exhortãte querẽda atq; adiuuãte diſſerẽda ſuſcepi: vt ſi alia non ſunt hmõi ſcripta: ſit qđ habeamꝰ: ⁊ legãt q̃ voluerint ⁊ valuerint. Si aũt iã ſũt: tãto facilius aliq̃ inueniant: quãto talia plura eſſe potuerint. Sane cũ in oibꝰ litteris meis: nõ ſolũ piũ lectorẽ: ſ etiã liberũ correctorẽ deſiderẽ: mlto maxie in his vbi ipa magnitudo queſtiõis: vtinã tã mltos inuẽtores habere poſſet: q̃ mltos ɔtradictores habet. Verũtamẽ ſic lectorẽ meũ nolo mihi eẽ deditũ: ita correctorem nolo ſibi. Ille me nõ amet amplꝰ q̃ catholicã fidem: ille ſe non amet amplꝰ q̃ catholicã veritatẽ. Sic illi

Diſt.9 dico: Noli meis lrĩs quaſi ſcripturis canonicis inſeruire: ſ in illis et qđ nõ credebas cũ iueneris incũctãter crede: i iſtis aũt qđ certũ nõ habebas: niſi certũ intellexeris: noli firme retinere. Ita illi dico: Noli meas lr̃as ex tua opinione vl ɔtentiõe: ſ ex diuina lectiõe vel incõcuſſa rõne corrigere. Si quid in eis veri cõprehẽderis exiſtẽdo nõ eſt meũ: at intelligẽdo ⁊ amãdo ⁊ tuũ ſit et meũ. Si quid aũt falſi puteris errãdo: fuerit meũ: ſ iam cauẽdo nec tuũ ſit nec meũ.

Hinc itaq; tertiꝰ hic liber ſumat exordiũ: quouſq; ſecũdꝰ puenerat. Cũ eni ad id vẽtum eſſet: vt vellemꝰ oſtẽdere: nõ ideo minorẽ patre filiũ: qz ille miſit: hic miſſus eſt: nec ideo minorẽ vtroq; ſpiritũ ſanctũ: qz ⁊ ab illo: ⁊ ab illo miſſus in euãgelio legitur: ſuſcepimꝰ hoc querere: cũ illuc miſſus ſit fi-

j.Thi.j Joh.j lius vbi erat: qz in hũc mũdum venit: ⁊ in hoc mũdo erat: cũ illuc etiã ſpũſſanctꝰ vbi

Sap.j ⁊ ipe erat: qm̃ ſpũs dñi repleuit orbẽ terrarũ: ⁊ hoc qđ cõtinet oia ſcientiã habet vocis. Utrũ ꝑpterea miſſus ſit dñs: qz ex occulto in carne natus eſt: ⁊ de ſinu patris ad oculos hominũ in forma ſerui tanq; egreſſus apparuit: ideo etiã ſpũſſanctꝰ: qz ⁊ ipſe corpali ſpecie quaſi colũba viſus eſt: ⁊ linguis diuiſis velut ignis: vt hoc eis fuerit mitti: ad aſpectũ mortaliũ in aliqua forma corporea de ſpiritali ſecreto procedere: qđ pater qm̃ nõ fecit: tantũmõ miſiſſe: nõ etiã miſſus eſſe dictus ſit. Deinde queſitũ eſt: cur ⁊ pater nõ aliqñ dictus ſit miſſus: ſi p illas ſpẽs corporales que oculis antiquorũ apparuerũt ipe demõſtrabatur. Si aũt filius tunc demõſtrabatur: cur tantũ poſt miſ-

Gal.4 ſus diceretur: cũ plenitudo tẽporis venit: vt ex femina naſceretur: qñ quidẽ ⁊ antea mittebatur: cum in illis formis corpaliter apparebat. Aut ſi non recte miſſus diceretur: niſi Joh.j cum verbũ caro factum eſt: cur ſpiritusſanctus miſſus legatur: cuiꝰ incarnatio talis nõ facta eſt. Si vo per illas antiquas demõſtrationes: nec pater nec filius nec ſpũſſanctus oſtendebatur: cur etiã ipe nunc diceretur miſſus: cum illis modis et antea mitteretur. Deinde ſubdiuiſimꝰ vt hec diligentiſſime tractarentur: ⁊ triptitam fecimus queſtionẽ: cuiꝰ vna pars in ſecũdo libro explicata ẽ: due ſunt relique: de quibꝰ deinceps diſſerere aggrediar. Jam eni queſitũ atq; tractatũ eſt in illis antiquis corporalibus formis ⁊ viſis: nõ tantũmodo patrẽ: nec tantũmodo filiuz: nec tantũmodo ſpiritũ ſanctũ apparuiſſe: ſed aut indifferẽter dominũ deum qui trinitas ipa intelligitur: aut quãlibet ex trinitate pſonã: quã lectiõis textus indicijs circũſtantibꝰ ſignificaret.

Utrum cum deus hominibus viſus eſt ipe per aſſumptam creature ſpeciem apparuit: an vo angeli ex perſona ipſius locuti ſint. Capitulũ .i.

Nunc ergo primũ queramus: quod ſequitur. Nam ſecũdo loco i illa diſtributione poſitum eſt: vtrum ad hoc opus tantũmodo creatura formata ſit: in q̃ deus ſicut tũc oportuiſſe iudicauit: humanis oſtenderetur aſpectibus. An angeli qui iam erãt ita mittebantur: vt ex pſona dei loquerentur: aſſumentes corporalẽ ſpeciem de creatura corporea in vſum miniſterij ſui: Aut ipſum corpus ſuũ: cui non ſubdũtur: ſed ſubditum gerunt mutantes atq; vertẽtes in ſpecies quas vellent: accõmodatas atq; aptas actionibus ſuis: ſcḋm attributã ſibi a creatore potentiam. Qua parte queſtionis quãtum dominus dederit ptractata: poſtremo videndũ erit id quod inſtitueramus inquirere: vtrũ filius ⁊ ſpiritusſanctus ⁊ antea mittebantur: ⁊ ſi ita eſt: quid inter illam miſſionẽ ⁊ eam quã in euãgelio legimus diſtet: an miſſus non ſit aliquis eorũ: niſi cum vel filius factus eſt ex maria virgine: vel cũ ſpiritusſanctus viſibili ſpecie: ſiue in colũba: ſiue in igneis linguis apparuerint. Sed fateor excedere vires intentiõis mee: vtrũ angeli manẽte ſpiritali ſui corporis q̃litate: p hãc occultiꝰ opantes aſſumãt

ex inferioribus elemētis corpulētioribus: qđ sibi coaptatū: quasi aliquā vestē mutēt τ vertāt in quaslibet species corꝑales: etiā
Joh.2 ipas veras: sicut aqua vera in verū vinū cōuersa est a dn̄o. An ipa ꝓpria corpa sua trāsforment in qđ voluerint: accōmodata ad id qđ agūt. Sed quodlibet hoꝝ sit: ad ꝑsentē q̄stionē nō ptinet. Et q̄uis h̄ quoniā homo sum: nullo experimēto possim cōꝑhendere: sicut angeli qui hec agūt: τ magis ea norūt q̄ȝ ego noui: quatenus mutet̄ corpus meū in affectu volūtatis mee: siue qđ i me: siue qđ ex alijs exptus sum: quid hoꝝ tn̄ ex diuinaꝝ scripturarū auctoritatibus credā: nūc nō opus est dicere: nc cogar ꝓbare: et fiat sermo longior de re q̄ nō indiget ꝑsens questio. Nūc illud videdū est: vtrū angeli tūc agebāt: τ illas corporū species apparētes oculis hoim: τ illas voces insonātes aurib⁹: cū ipa sensibilis creatura ad nutū seruiēs cōditoris: in id quod opus erat ꝓ tpe vertebat̄: sicut in libro sa-
Sap.16 piētie scriptū est. Creatura eñ tibi factori deseruiēs extendit̄ in tormentū aduersum iniustos: τ lenior fit ad benefaciēdū his q̄ in te cōfidunt. Propter hoc τ tūc in oia se trāsfigurās: omniū nutrici gr̄e tue deseruiebat: ad voluntatē hoꝝ qui te desiderabāt. Peruenit eni sapiētia volūtatis dei p creaturā spiritalē vsq̄ ad effect⁹ visibiles atq̄ sensibiles creature corꝑalis. Ubi eni nō operat̄ qđ vult dei omnipotētis sapiētia:
Ibidē.8 q̄ ptendit a fine vsq̄ ad finē fortiter: τ disponit omnia suauiter.

¶ De mutationib⁹ creature siue cōsuetudinarijs siue insolitis que nō fiūt extra potestatē ac potentiā creatoris. Caplm̄.ii.

SEd alius est ordo naturalis in cōuersione τ mutabilitate corpoꝝ: q̄q̄uis etiā ipe ad nutū dei seruiat: ꝑseuerantia tn̄ ꝯsuetudinis amisit admirationē: sicuti sunt que vel breuissimis vl' certe non longis interuallis tempoꝝ celo: terra: mariq̄ mutant̄: siue nascētib⁹: siue occidentib⁹ rebus: siue alias aliter atq̄ aliter apparentib⁹. Alia v̄o q̄uis ex ipso ordine venientia: tamē propter longiora interualla temporū minus vsitata. Que licȝ multi stupeant ab inquisitorib⁹ huius seculi: cōꝑhensa sunt: τ progressu generationū quo sepius repetita sunt: τ a pluribus cognita: eo min⁹ mira sunt: sicuti est defect⁹ luminariū: et raro existētes quedā spēs siderū: et terremotus: τ mōstruosi part⁹ aiantiū. τ q̄q̄ similia: quoꝝ nihil fit nisi volūtate dei: ꝫ plerisq̄ non apparet. Itaq̄ licuit vanitati philosophoꝝ: etiā causis alijs ea tribuere: vel veris: vel ꝓximis: cū oino videre non possent: supiorē ceterˀ omibus cām: id est voluntatē dei: vel falsis: τ ne ab ipa quidē ꝑ vestigatiōe corꝑaliū rerū atq̄ motionū: sed a sua suspitiōe τ errore ꝓlatis. Dicā si potero quiddā: exēpli grā: quo hec aptiora sint. Est certe in corpe humano quedā moles carnis: τ forme spēs: τ ordo: distinctioq̄ mēbroꝝ: τ tpatio valitudinis: h̄ corpus inspirata aia regit: eadēq̄ rōnalis: et ideo q̄uis mutabilis: tn̄ que possit illi⁹ incōmutabilis sapiētie pticeps esse: vt sit pticipatio ei⁹ i idipm: sic in psalmo scriptū ē: de oib⁹ sanctis: ex quib⁹ tanq̄ lapidib⁹ viuis edificat̄ illa hierlm mat̄ nr̄a etna in ce-
lis. Ita eni canit̄: Hierusalē que edificat̄ Ps.121
vt ciuitas: cui⁹ pticipatio ei⁹ in idipm. Id ipm quippe h̄ loco: illud sūmū τ incōmutabile bonū intelligit̄: qđ de⁹ est: atq̄ sapientia volūtasq̄ ipius. Cui cantat̄ alio loco:
Mutabis ea τ mutabūt̄: tu v̄o idē ipe es. Ps.101

¶ Exemplū quo ondit̄ omes causas actionū rōnabiliū a sūma dei volūtate descēdere. ¶ Caplm̄.iii.

COnstituam⁹ ergo aio talē sapientē: cui⁹ aia rōnalis iam sit pticeps incōmutabilis eterneq̄ veritatis: quā de omnib⁹ suis actionib⁹ cōsulat: nec aliquid oino faciat: quod nō in ea cognouerit esse faciendū: vt ei subditus eiq̄ obtempans recte faciat. Iste si cōsulta summa rōne diuine iusticie quā i secreto audiret aure cordis sui: eaq̄ sibi iubente in aliquo officio misericordie corpus labore fatigaret: egritudineq̄ cōtraheret: cōsultisq̄ medicis: ab alio diceret̄ causā morbi esse corporis siccitatē: ab alio autē humoris imoderationē: vnus eoꝝ verā cām diceret alter erraret: vterq̄ tn̄ de ꝓximis causis: id est corꝑalib⁹ ꝓnūciaret. At si illi⁹ siccitatis causa q̄reret̄: et inueniret̄ volūtari⁹ laboris: iā ventū esset ad supiorē causam: q̄ ab aia ꝓficisceret̄ ad afficiendū corp⁹ qđ regit: ꝫ nec ipa pma eēt. Illa eñ ꝓculdubio supior erat in ipa incōmutabili sapientia: cui homis sapiētis aia i caritate seruiēs: τ ineffabilit̄ iubēti obediēs: volūtariū laborē susceperat: ita nō nisi dei volūtas causa prima illi⁹ egritudinis veracissime repiret̄. Iam v̄o si in labore officioso et pio adhi-

buiſſet ille ſapiens miniſtros collaborātes ſecū in opere bono: nec tñ eadē volūtate deo ſeruiētes: ſed ad carnaliū cupiditatū ſuaꝝ mercedē ꝑuenire cupiētes: vel incōmoda carnalia deuitātes. Adhibuiſſet etiā iumēta ſi hoc exigeret illius opis implēdi procuratio: que vtiqꝫ iumēta irrōnalia eſſent aīantia: nec ideo mouerēt mēbra ſub ſarcinis: qꝛ aliqđ de illo bono ope cogitarent: ſꝫ naturali appetitu ſue voluptatis et deuitatōe moleſtie. Poſtremo adhibuiſſet etiā ipa corporea omni ſenſu carētia: q̄ illi opi eſſent neceſſaria: frumētū ſcꝫ ⁊ vinū: et oleum: veſtem: nummū: codicem: ⁊ ſi qua hmōi. In his certe oībus in illo ope verſantibꝰ corpibꝰ: ſiue animatꝭ: ſiue inanimatis: q̄cūqꝫ mouerēt̄ attererēt̄: repararēt̄: exterminarent̄: reformarēt̄: alio atqꝫ alio mō locis ⁊ tpibꝰ affecta mutarēt̄: non alia eſſet iſtoꝝ oīm viſibiliū ⁊ mutabiliū factoꝝ cauſa: niſi illa inuiſibilis ⁊ incōmutabilis volūtas dei ꝑ animā iuſtā: ſicut ſedem ſapiētie cūctis vtens: ⁊ malis rōnalibus ⁊ irrōnalibus animis: ⁊ poſtremo corpibus: ſiue que illis inſpirarent̄ ⁊ animarent̄: ſiue omi ſenſu carentibꝰ: cū primitꝰ vterēt̄ ipa bona aīa ⁊ ſancta: quā ſibi ad piū ⁊ religioſū obſequiū ſubdidiſſet. Qđ ergo de vno ſapiēte q̄uis adhuc mortale corpus geſtante: q̄uis ex parte vidēte poſuimꝰ: exēpli grā: hoc de aliqua domo vbi aliquoꝝ taliū ſocietas eſt: hoc de ciuitate: vel etiā de orbe terraꝝ licet cogitare: ſi penes ſapiētes ſanctoſqꝫ ac ꝑfecte deo ſubditos ſit principatꝰ ⁊ regimen rerū humanarū.

De ꝓuidētia dei qua ſubiectiōi ſctōꝝ ꝓſidet angeloꝝ. Ca. IIII

Sed hoc qꝛ nōdū eſt. Oportet eñ nos in hac ꝑegrinatiōe prius mortaliter exerceri: ⁊ ꝑ vires māſuetudinis ⁊ patientie in flagellis erudiri: vt illā ipam ſupnā atqꝫ celeſtē vnde ꝑegrinamur patriā cogitemꝰ. Illic eñ dei volūtas: qui facit angelos ſuos ſpūs: et miniſtros ſuos ignē flagrātē: in ſpiritibꝰ ſumma pace atqꝫ amicitia copulatis: ⁊ in vnā volūtatē quodam ſpiritali caritatis igne ꝯflatis: tāqꝫ in excelſa ⁊ ſctā ⁊ ſecreta ſede preſidēs: velut in domo ſua: ⁊ ī tēplo ſuo. Inde ſe q̄buſdā ordinatiſſimis creature motibꝰ: pmo ſpiritalibꝰ: deinde corpalibꝰ ꝑ cūcta diffundit: ⁊ vtitur oībus ad incōmutabile arbitrium ſentētie ſue: ſiue incorporeis: ſiue corpeis rebꝰ: ſiue rōnalibus: ſiue irrōnalibus ſpiritibꝰ: ſiue bonis ꝑ eius gratiā: ſiue malis ꝑ ꝓpriā voluntatē. Sed queādmodū corpa craſſiora ⁊ inferiora ꝑ ſubtiliora ⁊ potētiora quodā ordine regunt̄: ita oīa corpa per ſpūm vite. Et ſpūs vite irrōnalis ꝑ ſpm̄ vite rōnalē: ⁊ ſpūs vite rōnalis deſertor atqꝫ peccator ꝑ ſpūm vite rōnalē piū ⁊ iuſtum: ⁊ ille ꝑ ipſum deū: ac ſic vniuerſa creatura per creatorē ſuū: ex quo: ⁊ ꝑ quē: ⁊ in quo etiā ꝯdita ⁊ inſtituta eſt: ac ꝑ hoc volūtas dei eſt: prima ⁊ ſumma cauſa oīm corpaliū ſpecieꝝ atqꝫ motionū. Nihil eñ fit viſibiliter ⁊ ſenſibiliter: qđ nō de interiore inuiſibili atqꝫ intelligibili aula ſūmi imperatoris: aut iubeat̄: aut permittat̄ ſꝫm ineffabilē iuſticiā premioꝝ atqꝫ penaꝝ: gratiaꝝ: ⁊ retributionū in iſta totius creature ampliſſima quadā imēſaqꝫ republica. Si g̃ apl's paulus q̄uis adhuc portaret ſarcinā corporis: quod corrumpit̄ ⁊ aggrauat animā: q̄uis adhuc ex parte atqꝫ in enigmate videret: optans diſſolui ⁊ eſſe cū xpo: ⁊ in ſemetipo ingemiſcēs adoptionē expectās redēptionem corporis ſui: potuit tñ ſignificando ꝓdicare dñm ieſum xp̄um: aliter per linguam ſuā: aliter ꝑ epiſtolam: aliter ꝑ ſacramentū corporis ⁊ ſanguinis eiꝰ. Nec linguā q̄ppe eius nec mēbranas: nec attramētū: nec ſignificantes ſonos lingue editos: nec ſigna litterarū cōſcripta pelliculis: corpus xpi ⁊ ſanguinē dicimꝰ: ſed illud tantū qđ ex fructibꝰ terre acceptū: ⁊ prece myſtica ꝯſecratum rite ſumimꝰ ad ſalutē ſpiritalē in memoriā pro nobis dñice paſſiōis. Qđ cū ꝑ manus hoīm ad illā viſibilē ſpeciē ꝑducit̄: non ſanctificat̄ vt ſit tam magnū ſacramētum: niſi operāte inuiſibiliter ſpū dei: cum hec oīa q̄ per corpales motus in illo opere fiunt: deus operet̄: mouēs primitus inuiſibilia miniſtroꝝ: ſiue aīas hoīm: ſiue occultoꝝ ſpirituū ſibi ſubditas ſeruiētes: q̄đ mirū ſi etiā in creatura celi ⁊ terre: maris ⁊ aeris: facit deus que vult ſenſibilia atqꝫ viſibilia: ad ſeipm̄ in eis ſicut oportere ipē nouit ſignificandū ⁊ demōſtrādū: nō ipſa ſua q̄ eſt apparēte ſubſtātia: q̄ oīno incōmutabilis eſt: oībuſqꝫ ſpiritibꝰ quos creauit interius ſecretiuſqꝫ ſublimior.

Cap. 9 / j. Cor. 13 / Phil. 1 / Roma. 8

De ꝯſe. di. 2

Ps. 103

Quod opere dei oīs creatura adminiſtrat̄: quo ⁊ mira multa ordini ꝯſuetudinis inſerunt̄. Ca. V

Nam diuina totā ſpiritalē corpalemqꝫ adminiſtrāte creaturā: oīm annoꝝ certis diebꝰ aduocāt̄ aque

maris: ⁊ effundunt sup faciē terre. Sed cū hoc orāte scō helia factū est: qr p̄cesserat tā ptinua: ⁊ tā longa serenitas: vt deficerēt
3. Regl. 18 fame hoīes. Nec ea hora qua ille dei seru⁹ orauit: aer ipē aliq̄ humida facie mox futu re pluuie signa ptulerat: cōsecutis tantis ⁊ tam velociter imbribus: apparuit vis diui na: quib⁹ illud dabat dispēsabaturq̧ mira culū. Itaq̧ de⁹ opat solēnia fulgura atq̧
Exo. 19 tonitrua. Sed qr in mōte syna iusitato mō fiebāt: vocesq̧ ille nō strepitu cōfuso ede bant: s̄ ex eis quedā signa dari certissimis indicijs apparebāt: miracula erāt. Quis at trahit humorē per radicē vitis ad botrū et
1. Cor. 3 vinū facit: nisi deus: qui ⁊ hoīe plātante et rigāte incremētū dat. Sed cū ad nutū dn̄i
Joh. 2 aqua in vinū inusitata celeritate conuersa est: etiā stultis fatentib⁹ vis diuina declara ta est. Quis arbusta fronde ac flore vestit solēniter: nisi de⁹? Uerū cū floruit virga sa cerdotꝫ aaron: collocuta est quodāmō cū dubitāte hūanitate diuinitas. Et linguis certe oībus: ⁊ oībus animaliū carnibus gi gnēdis atq̧ formādis cōmunis est terrena
Gen. 1 materies. Et quis ea facit: nisi qui dixit vt hec terra p̄duceret: ⁊ in eodē verbo suo q̄
Exo. 4 creauit regit atq̧ agit. Sed cū eādē mate riā ex virga moysi in carnē serpētis proxi me ac velociter vertit: miraculū fuit rei q̄ dē mutabilis: s̄ tū iusitata mutatio. Quis aūt aiat queq̧ viua nascētia: nisi q̄ ⁊ illum serpētē ad horā sic opus fuerat aiauit.

¶ Qr deus oēm creaturā corpora le animare cognoscit in vteris ma trum. ¶ Ca. VI

Et quis reddidit cadauerib⁹ ani mas suas: cū resurgerēt mortui: ni si qui animat carnes in vteris ma trū: vt oriant morituri. Similiter ⁊ de con muni materia: que in causis mūdialib⁹ ↄsi stit: subito ad tp̄s prodire arietē ⁊ colūbā ↄstituit: quib⁹ vnus vigor carneus ⁊ i tpe ⁊ ex tpe accessiōis ⁊ recessionis: nō dispar s̄ inusitat⁹ apparuit. Sꝫ cū fiunt illa ptinua to quasi quodā fluuio labētiū manātiūq̧ rerū: ⁊ ex occulto in p̄mptū: atq̧ ex p̄mptu in occultū: vsitato itinē trāseuntiū natura lia dicūt. Cū vō admonēdis hoīb⁹ iusita ta mutabilitate ingerūt: magnalia noiant.

¶ De miraculis que magicis arti bus fiunt. ¶ Ca. VII

Hic video quid infirme cogitatiōi possit occurrere: cur scꝫ ista mira cula etiam magicis artibus fiant.

Nam ⁊ magi pharaonis similiter serpētes Exo. 7 fecerūt: ⁊ alia similia. Sꝫ illud amplius est admirādū: quō magoꝝ illa potentia q̄ ser Ibide. 8 pētes facē potuit: vbi ad muscas minutis simas vētū ē: oīno defecit. Scynphes em̄ muscule sūt breuissime: qua tertia plaga su perbus pp̄ls egyptioꝝ cedebat. Ibi certe deficiētes magi dixerūt: Digit⁹ dei est hic. Ibidem Un̄ intelligi dat: ne ipsos quidē trāsgresso res angelos ⁊ aereas ptātes: in imam istā caliginē: tāq̧ in sui generis carcerē: ab illi⁹ sublimis etheree puritatꝫ habitatiōe detru sas: per quas magice artes pn̄t quicquid pn̄t valere aliq̄d nisi data desup ptāte. Da tur aūt vel ad fallēdos fallaces: sic in egy ptios: ⁊ in ipsos etiā magos data est: vt in eoꝝ spirituū seductōe viderent admirādi: a quib⁹ fiebāt a dei veritate damnādi: vel ad admonēdos fideles: ne tale aliq̄d face re pro magno desiderēt: p̄pter qō etiā no bis scripture auctoritate sūt p̄dita: vel ad exercendā: p̄bādā manifestādāq̧ iustoꝝ patiētiā. Neq̧ em̄ parua visibiliū miracu loꝝ potētia: iob cūcta que habebat amisit: ⁊ filios: ⁊ ipam corpis sanitatē.

¶ Quicquid angeli trāsgressores mali faciunt: nō ipis seruiut ad nu tum creature corpales: s̄ deo a quo dat potestas. ¶ Ca. VIII

Nec ideo putandū est istis trāsgres sorib⁹ angelis ad nutū seruire hāc visibiliū rerū materiā: sed deo po tius a quo hec ptās datur: quātū in subli mi ⁊ spiritali sede incōmutabilis iudicat. Nam ⁊ dānatis iniquis etiā in metallo ser uiūt aqua ⁊ ignis ⁊ terra: vt faciāt inde qō volunt: s̄ quātū sinitur: nec sane creatores illi mali angeli dicēdi sunt: qr per illos ma gi resistentes famulo dei: ranas ⁊ serpentes fecerūt. Non em̄ ipsi eas creauerūt. Om niū q̄ppe reꝝ que corpaliter visibiliterq̧ na scunt: occulta quedā semina in istis corpo reis mūdi huius elemētis latēt. Alia sunt em̄ hec iam ↄspicua oculis nr̄is ex fructib⁹ ⁊ aiantibus: alia vō illa occulta istoꝝ semi num semina. Un̄ iubente creatore p̄duxit aqua p̄ma natatilia ⁊ volatilia. Terra aūt prima sui generis germina: ⁊ prima sui ge neris animalia. Neq̧ em̄ tūc huiuscemōi fetus ita producti sunt: vt in eis que p̄du cta sunt: vis illa cōsumpta sit: s̄ plerumq̧ desunt ↄgrue temperamētoꝝ occasiones: quib⁹ erumpāt ⁊ species suas pagāt. Ecce em̄ breuissimus surculus semē est: nā pue

nienter mādatus terre arborez facit. Huiꝰ
autē ſurculi ſubtilius ſemē aliqđ eiuſdē ge
neris granuz eſt: ꝛ hucuſqꝫ nobis viſibile.
Jam v̄o huius etiā grani ſemē: qꝫuis ocu-
lis videre nequeamꝰ: rōne tn̄ conijcē poſ-
ſumꝰ: qꝛ niſi talis aliquą vis eſſet in iſtꝭ ele
mētis: nō pleꝛ͛qꝫ naſcerent̄ ex terra q̄ ibi ſe
minata nō eſſent. Nec aīalia taz multa nul
la mariū: feminarūqꝫ cōmixtione precedē
te: ſiue in terra: ſiue in aqua: que tamen cre
ſcunt: et coeundo alia pariūt: cū illa nullis
coeuntibꝰ parētibꝰ orta ſint. Et certe apes
ſemina filioꝝ nō coeundo cōcipiūt: ſꝫ tāqꝫ
ſparſa ꝑ terras ore colligūt. Inuiſibiliū.n.
ſeminū creator: ipē creator ē oīm rerū: qm̄
quecūqꝫ naſcēdo ad oculos nr̄os exeunt:
ex occultis ſeminibꝰ accipiūt ꝓgrediendi
primordia: ꝛ incremēta debite magnitudi-
nis diſtinctōeſqꝫ formaꝝ: ab originalibus
tāqꝫ regulis ſumūt. Sic ḡ nec parētes dici
mus creatores hoīm: nec agricolas creato
res frugū: qꝫuis eoꝝ extrinſecus adhibitis
motibꝰ iſta creāda dei virtus interius ope-
retur. Ita nō ſolū malos ſꝫ nec bonos āge-
los fas eſt putari creatores: ſi pro ſubtilita
te ſui ſenſus ꝛ corpis: ſemina reꝝ iſtaꝝ no-
bis occultiora nouerunt: ꝛ ea per ꝯgruas
temperatiōes elemētorū latēter ſpargunt:
atqꝫ ita gignendaꝝ reꝝ: ꝛ accelerādoꝝ in-
cremētoꝝ prebēt occaſiones. Sed nec bo-
ni hec niſi quantū deus iubet: nec mali hec
iniuſte faciūt: niſi quantū iuſte ipē ꝑmittit.
Nam iniqui malicia voluntatē habet iniu
ſtam: ptātē aūt nō niſi iuſte accipit: ſiue ad
penā ſuā: ſiue ad aliorū: vel penā malorū:
vel laudē bonoꝝ. Itaqꝫ aplus paulus di-
ſcernēs interius deū creantē atqꝫ forman-
tem ab operibꝰ creature que admonent̄ ex
trinſecus: ꝛ de agricultura ſimilitudinē aſ-
Cor. 3 ſumens ait: Ego plantaui: apollo rigauit:
ſed deus incrementū dedit. Sicut ergo in
ipſa vita nr̄a mentē iuſtificādo formare nō
poteſt niſi deus: predicare aūt euāgeliū ex
trinſecus ꝛ hoīes poſſunt: nō ſolū boni per
veritatē: ſed etiaz mali per occaſionē. Ita
creationē reꝝ viſibiliū deus interius opat̄.
Exteriores aūt opationes ſiue bonoꝝ ſiue
maloꝝ: vł angeloꝝ vł hoīm: ſiue etiā quo-
rumcunqꝫ animaliū ſꝫm imperiū ſuū: ꝛ a ſe
impartitas diſtributiōes ptātū ꝛ appetitio
nes cōmoditatū ita rerū nature adhibet in
qua creat oīa queādmoduz terre agricul-
turam. Quapropt̄: ita non poſſum dicere
angelos malos magicꝭ artibus euocatos:

creatores fuiſſe ranaꝝ atqꝫ ſerpētiū: ſic nō
poſſum dicē hoīes malos creatores eē ſe-
getis: quā ꝑ eoꝝ operā video exortā. Sic Gen. 30
nec iacob creator coloruz in pecoribꝰ fuit:
qꝛ bibentibꝰ in ꝯceptu matribus variatas
virgas quas intuerent̄ appoſuit. Sz nec ipē
pecudes creatrices fuerūt varietatis pro-
lis ſue: quia inheſerat anime illaꝝ diſcolor
phantaſia ex ꝯtuitu variarū virgaruz per
oculos impreſſa: que nō potuit niſi corpuſ
qđ ſic affecto ſpū animabat̄ ex cōpaſſione
cōmixtionis afficere vn̄ teneris fetuuz pri-
mordijs coloreten ꝰ aſpergeret̄. Ut eīn ſic
ex ſemetipſis afficiant̄: vel anima ex corpe:
vel corpus ex anima: ꝯgruētie rōnis id fa-
ciūt: que incōmutabiliter viuūt in ipſa ſum
ma dei ſapiētia: quā nulla ſpacia locoꝝ ca
piunt: ꝛ cū ipſa ſit incōmutabilis: nihil eo-
rum que cōmutabiliter ſūt deſerit: qꝛ nihil
eoꝝ niſi ꝑ ipſam creatū eſt. Ut eīn de pco
ribꝰ n̄ virge ſed pecora naſcerēt̄: fecit hoc
incōmutabilis ꝛ inuiſibilis ratio ſapientie
dei: ꝑ quā creata ſunt oīa. Ut aūt de varie
tate virgarū pecoꝝ cōceptorū color aliqđ
duceret: fecit hoc anima grauide pecudis
per oculos affecta forinſecus: ꝛ iterius ſe-
cū ꝓ ſuo modulo formādi regulā trahēs:
quā de intima potētia ſui creatorꝭ accepit.
Sed quāta ſit vis anime ad afficiēdā atqꝫ
mutandā materiā corpalē: cum tn̄ creatrix
corpis dici nō poſſit: qꝛ omniſ cauſa muta
bilis ſenſibiliſqꝫ ſubſtantie: oīſqꝫ modus ꝛ
numerus ꝛ pondus eius vn̄ efficit̄ vt ꝛ ſit:
ꝛ natura ita vel ita ſit: ab intelligibili ꝛ incō
mutabili vita q̄ ſuꝑ omnia ē: exiſtit: ꝛ ꝑue-
nit vſqꝫ ad extrema atqꝫ terrena: multꝰ ſer
mo eſt: nec nūc neceſſarius. Uerū ꝓpterea
factū iacob de pecoribꝰ cōmemorādū ar-
bitratꝰ ſum: vt intelligeret̄ ſi hō q̄ virgas il
las ſic poſuit: dici nō pōt creator coloꝝ in
agnis ꝛ hedis: nec ipē matrū anime q̄ ꝯce-
ptā ꝑ oculos corpis phantaſiam varietatꝭ
ſeminibꝰ carne ꝯceptis: quātū natura paſ
ſa eſt: aſperſer̄t: multominꝰ dici poſſe rana
rum ſerpētiūqꝫ creatores angelos malos:
ꝑ quos magi pharaonis tūc illa fecer̄t. Exo. 8

De cauſis originalibꝰ creaturarum corpaliū: quas mundo creator inſeruit. Ca. IX

Aliud eſt eīn ex itimo ac ſūmo cau
ſarū cardine ꝯdē atqꝫ adminiſtra
re creaturā: qđ q̄ facit: ſolꝰ creator
eſt deus. Aliud aūt ꝓ diſtributis ab illo vi
ribus ꝛ facultatibus aliquā operationē fo

rinſecus admouere: vt tunc vel tũc: ſic vel
ſic: exeat qđ creat̃. Iſta q̄ppe originalit̃ ac
primordialiter in quadã textura elemẽtoꝝ
cũcta iam creata ſunt: ſ; acceptis opportu-
nitatibꝰ ꝓdeunt. Nam ſicut matres grauide
ſunt fetibꝰ: ſic ipſe mũdus grauidus ẽ cau-
ſis naſcẽtiuz: q̃ in illo nõ creant̃: niſi ab illa
ſũma eẽntia: vbi nec orit̃: nec morit̃ aliq̃d:
nec incipit eſſe: nec deſinit. Adhibere autẽ
forinſecus accidẽtes cauſas: q̃ tametſi nõ
ſunt naturales: tñ ſm naturã adhibent̃: vt
ea que ſecreto nature ſinu abdita ꝯtinent̃:
erumpãt: ⁊ foris creent̃ quodãmõ explicã
do mẽſuras ⁊ numeros: ⁊ pondera q̃ in oc
Sap. ij culto acceperũt ab illo: q̃ omnia in mẽſura
⁊ numero ⁊ pondere diſpoſuit: nõ ſolũ ma
li angeli: ſ; etiã mali hoĩes poſſũt: ſicut ex-
emplo agriculture: ſupra docui. Sz ne de
animabus q̃ſi diuerſa ratio moueat: q2 ha
bẽt ſpm̃ vite cũ ſenſu appetẽdi: que ſm na
turã ſunt vitandiq; cõtraria: etiã hoc ẽ vi-
dere: q; multi hoĩes nouerũt: ex quibꝰ her-
bis: aut carnibꝰ: aut quarũcunq; rerũ qui-
buſlibet ſuccis ⁊ humoribꝰ: vel ita poſitis:
vel ita obrutis: vel ita ꝯtritis: vel ita cõmi
xtis: que animalia naſci ſoleãt: quoꝝ ſe q̃s
tam demẽs audeat dicere creatorẽ? Quid
ḡ mirũ ſi queadmodũ p̄t noſſe quilibet ne-
quiſſimus hõ: vnde illi vel illi vermes mu
ſceq; naſcant̃: ita mali angeli ꝓ ſubtilitate
ſui ſenſus in occultioribꝰ elemẽtoꝝ ſemini-
bus norunt: vñ rane ſerpẽteſq; naſcant̃: et
hec ꝑ certas ⁊ notas temꝑationũ opportu-
nitates occultis motibꝰ adhibendo faciũt
creari: nõ creãt: ſ; illa hoĩes q̃ ſolent ab ho-
minibꝰ fieri: nõ mirant̃. Quod ſi quiſq; ce
leritates incremẽtoꝝ forte mirat̃: q; illa ani
mãtia tam cito facta ſunt: attendat queãd
modũ ⁊ iſta ꝓ modulo facultatis humane
ab hominibꝰ ꝓcurent̃. Vñ eñ fit vt eadez
corꝑa citius vermeſcãt eſtate q; hyeme: ci
tiꝰ in calidioribꝰ q; in frigidioribꝰ locĩ. Sz
hec ab hoĩbꝰ tãto difficiliꝰ adhibent̃: quã-
to deſunt ſenſuum ſubtilitates: ⁊ corporũ
mobilitates in membris terrenis ⁊ pigris.
Vñ qualibuſcũq; angelis vicinas cauſas
ab elemẽtis ꝯtrahere: quãto facilius eſt: tã
to mirabiliores in hmõi operibus eoꝝ exi-
ſtunt celeritates: ſed nõ eſt creator: niſi qui
ꝑ̇ncipaliter iſta format. Nec quiſq; hoc p̄t
niſi ille penes quẽ primitꝰ ſunt oĩm que ſũt
Ibidem mẽſure: numeri: ⁊ põdera: ⁊ ipſe eſt vnꝰ crea
tor deus: ex cuiꝰ ineffabili potẽtatu fit etiã
vt qđ poſſent hi ãgeli ſi ꝑmitterẽt̃: ideo nõ
poſſunt: q2 nõ ꝑmittunt̃. Neq; .n. occurrit
Exo. 8 alia ratio: cur nõ potuerint facẽ minutiſſi-
Ibidem mas muſcas qui ranas ſerpẽteſq; fecerũt:
niſi q2 maior aderat dñatio ꝓhibendi per
ſpm̃ ſctm̃: qđ etiã ipſi magi cõfeſſi ſunt dicẽ
Exo. 8 tes: Digitꝰ dei ẽ h̃. Quid aũt poſſint ꝑ na
turã: nec poſſint per ꝓhibitionez: ⁊ q̇d per
ipſius nature ſue cõditionẽ facere nõ ſinan
tur: homini explorare difficile eſt: imo vero
impoſſibile: niſi ꝑ illud donũ dei: qđ aplus
j. Cor. j cõmemorat dicẽs: Alij dijudicatio ſpiri-
tuũ. Nouimꝰ eñ hoĩem poſſe ambulare: ⁊
nequaq; hoc poſſe ſi nõ ꝑmittatur: volare
aũt nõ poſſe etiã ſi ꝑmittat̃. Sic ⁊ illi ange
li quedã poſſunt facere: ſi ꝑmittant̃ ab an-
gelis potẽtioribꝰ ex imꝑio dei: q̃dã; v̊o nõ
poſſũt: nec ſi ab eis ꝑmittant̃: q2 ille nõ per
mittit a quo illis eſt talis nature modus: q̇
etiã ꝑ angelos ſuos ⁊ illa plerũq; nõ ꝑmit
tit que cõceſſit vt poſſint. Exceptis igit̃ il-
lis: q̃ vſitatiſſimo trãſcurſu tẽpoꝝ in reꝝ na
ture ordine corꝑaliter fiunt: ſicuti ſunt or-
tus ſiderũ occaſuſq;: generatões ⁊ mortes
animaliũ: ſeminum ⁊ germinũ innumera-
biles diuerſitates: nebule ⁊ nubes: niues
⁊ pluuie: fulgura ⁊ tonitrua: fulmina ⁊ grã
dines: venti ⁊ ignis: frigus ⁊ eſtus: et om-
nia talia. Exceptis etiã illis que in eodem
ordine rara ſunt: ſicut defectus luminũ: et
ſpecies inuſitate ſideꝝ: ⁊ mõſtra ⁊ terremo
tus: ⁊ ſimilia. Exceptis ergo iſtis oĩbus
quoꝝ quidẽ prima ⁊ ſũma cauſa nõ eſt niſi
volũtas dei. Vñ ⁊ in pſalmo: cũ q̃dã huiꝰ
generis eſſent cõmemorata: ignis: grãdo: Ps. 14
nix glacies: ſpũs tẽpeſtatis: ne quis ea vel
fortuitu: vel cauſis tantũmõ corꝑalibꝰ: vel
etiã ſpiritalibꝰ: tñ p̄ter voluntatẽ dei exiſtẽ
tibus agi crederet: continuo ſubiecit: que Ibidem
faciunt verbũ eius.

¶ De ſignificatiõibꝰ q̄ ad manife-
ſtãdã volũtatẽ dei: ſiue ꝑ hoĩes: ſi-
ue ꝑ angelos miniſtrãt̃. ¶ Ca. x

Sed his vt dicere ceperã exceptis:
alia ſunt illa que q̃uis ex eadẽ ma
teria corporali: ad aliquid tñ diui
nitus annũciandũ noſtris ſenſibꝰ admouẽ
tur: que ꝓprie miracula ⁊ ſigna dicunt̃: nec
in oĩbus que a nobis a dño deo annũcian
tur: ipſius dei perſona ſuſcipit̃. Cum autẽ
ſuſcipit̃: aliq̃ñ in angelo demonſtrat̃: aliq̃ñ
in ea ſpecie que nõ eſt qđ angelus: q̃uis ꝑ
angeluz diſpoſita miniſtret̃. Rurſus cũ in
ea ſpecie ſuſcipit̃: que non eſt qđ angelus:
aliq̃ñ iam erat ipſm̃ corpus: ⁊ ad hoc deriuõ

ſtrādū i aliquā mutationē aſſumit: Aliqñ
ad hoc exorit: ⁊ re pacta ruſus aſſumit: ſi-
cut etiā cum hoies annūciāt: Aliqñ ex ſua
pſona verba dei loquūt: ſicuti cū pmittit:
dixit dñs: aut hec dicit dñs: aut tale aliqd:
Aliqñ aūt nihil tale pmittētes: ipſam dei p
Ps.31 ſonā in ſe ſuſcipiūt: ſicuti ē: Intellectū tibi
dabo: ⁊ cōſtituā te in via qua ingredieris:
Sic nō ſolū in dictis: verūetiā in factis dei
pſona ſignificāda imponit ꝓphete: vt eam
Reg.ij gerat in miniſterio ꝓphetie: ſicut eius pſo-
nam gerebat qui veſtimentū ſuū diuiſit in
duodecim ptes: ⁊ ex eis decē ſeruo regis ſa
lomonis dedit: regi futuro iſrl. Aliqñ etiā
res q̄ nō erat qd ꝓpheta: et erat iam in ter-
renis rebus in hmōi ſignificationē aſſum-
Gen.28 pta eſt: ſicut ſomnio viſo euigilās iacob fe
cit de lapide: quē dormiēs habebat ad ca
put: Aliqñ ad hoc fit eadē ſpecies vel ali-
Numeri.2j quātulum māſura: ſicut potuit ſerpens ille
eneus exaltatus in heremo: ſicut pñt ⁊ lrē:
Vl' pacto miniſterio trāſitura: ſicut panis
ad hoc factus in accipiendo ſacramēto cō
ſumit. Sed qz hec hoibus nota ſunt: qz p
hoies fiunt: honorē tanq̄ religioſa poſſūt
habere: ſtuporē tanq̄ mira non pñt. Itaq̄
illa que p angelos fiunt: quo difficiliora et
ignotiora: eo mirabiliora ſunt nobis: illis
aūt tāq̄ ſue actiōes note atq̄ faciles. Lo-
quit ex pſona dei angelus homini dicens:
Exo.3 Ego ſum deus abraā: ⁊ deus iſaac: ⁊ deus
iacob: cū ſcptura pdixiſſet: Viſus ē ei āge-
lus dñi. Loquit ⁊ hō ex pſona dñi dicens:
Ps.80 Audi ꝑplus meus ⁊ loquar iſrael: ⁊ teſtifi-
cabor tibi deus: deus tu⁹ ego ſum. Aſſum
pta eſt virga ad ſignificationē: ⁊ in ſerpētē
angelica facultate mutata eſt. Que facul-
tas cū deſit homini: aſſumptus eſt tñ et ab
hōie lapis: ad talem aliquā ſignificationē.
Inter factū angeli: ⁊ factū hois: plurimū
diſtat. Illud ⁊ mirandū ⁊ intelligendū eſt:
hoc aūt tantūmō intelligēdū. Qd ex vtro-
q̄ intelligit: fortaſſis vnū eſt: at illa ex qui-
bus intelligit diuerſa ſunt: tanq̄ ſi nomen
dñi ⁊ auro ⁊ attramento ſcribat. Illud eſt
pcioſius: illud vilius: qd tñ vtroq̄ ſignifi-
Exo.4 cat idipm ē. Et q̄uis idē ſignificauerit: ex
Gen.28 virga moyſi ſerpēs: qd lapis iacob: melius
Exo.7 tñ aliqd lapis iacob q̄ ſerpentes magorū.
Nā ſicut vnctio lapidis xpm in carne: in
Ps.44 qua vnctus eſt oleo exultatōis pre partici
pibus ſuis: ita virga moyſi cōuerſa in ſer-
Phil.2 pentē: ipm xpum factū obedientē vſq̄ ad
Joh.3 mortē crucis: vñ ait: Sicut exaltauit moy-
ſes ſerpētem in deſerto: ſic oportet exaltari
filiū hoīs: vt oīs qui credit in ipſo: non pe
reat: ſ; habeat vitā eternā. Sicut intuētes Nume.2j
illū ſerpentē exaltatū in heremo: ſerpentū
morſib⁹ nō peribāt. Vetus eīn hō noſter ſi Roma.6
xus ē cruci cū illo: ut euacuet corpus pec-
cati. Per ſerpentē eīn intelligit mors: que
facta eſt a ſerpēte in paradiſo: mō locutio-
nis per efficientē id qd efficit demōſtrāte.
Ergo virga in ſerpentē: xps in mortē: ⁊ ſer
pens ruſus in virgā: xps in reſurrectionē
totus cū corpe ſuo qd eſt eccleſia: qd in fi-
ne tpis erit: quē ſerpentis cauda ſignificat:
quā moyſes tenuit: vt rediret in virgam. Exo.4
Serpentes aūt magorū tanq̄ mortui ſecu-
li: niſi credentes in xpum tanq̄ deuorati in
corpus ei⁹ intrauerint: reſurgere in illo nō
poterunt. Lapis ergo iacob vt dixi melius
aliquid ſignificauit q̄ ſerpētes magorū. At
eīn factū magorū: multo mirabilius. Verū
hec ita nō preiudicāt rebus intelligendis:
tanq̄ ſi hominis nomē ſcribat auro: et dei
attramēto. Illas etiā nubes ⁊ igneſ quō fe
cerint vel aſſumpſerint angeli ad ſignificā
dum quod annūciabāt: etiā ſi dñs vel ſpi-
ritusſanct⁹ illis corporalib⁹ formis oſtēde-
bat. Quis nouit hominū: ſicut ifantes nō
norunt qd in altari ponit: ⁊ peracta pieta-
tis celebratōe conſumit: vnde vel quomō
conficiat: vnde in vſum religionis aſſuma
tur. Et ſi nunq̄ diſcāt experimento vel ſuo
vel aliorū: ⁊ nunq̄ illam ſpeciem rerum vi
deant: niſi inter celebrationē ſacramētorū
cū offertur ⁊ datur: dicaturq̄ illis auctori-
tate grauiſſima cuius corp⁹ ⁊ ſanguis ſit:
nihil aliud credēt: niſi omnino i illa ſpecie
dñm oculis apparuiſſe mortaliū: et de late
re tali percuſſo: liquorē illum oīno fluxiſſe.
Mihi antem oīno vtile eſt: vt meminerim
virīū mearū fratreſq̄ meos admoneā: vt ⁊
ipi meminerint ſuarū ne vltra q̄ tutū eſt hu
mana ꝓgrediat infirmitas. Queadmodū
eīn hec faciūt angeli vel potius deus: quē
admodū hec faciat p angelos ſuos: ⁊ quā
tū fieri velit etiā p angelos malos: ſiue ſinē
do: ſiue iubēdo: ſiue cogēdo: ex occulta ſe-
de altiſſimi imperij ſui: nec oculorū acie pe
netrare: nec fiducia ratiōis enucleare: nec
ꝓuectu mētis cōprehendē valeo: vt tā cer
tus hinc loquar ad omnia q̄ requiri de his
rebus pñt: q̄ ſi eſſem angelus: aut ꝓpheta:
aut apſus. Cogitatiōes eīn mortaliū timi-
de ⁊ incerte ꝓuidētie nr̄e. Corpus eīn qd Sap.9
corrumpit aggrauat animā: ⁊ deprimit ter-

rena inhabitatio ſenſum multa cogitantē.
Et difficile eſtimamꝰ que in terra ſunt: ⁊ q̄
in ꝓſpectu ſunt inuenimꝰ cū labore. Que
in celis ſunt aūt: quis īueſtigabit? Sed qꝛ
Sap. 9 ſequit̄ ⁊ dicit: Senſum vō tuū quis ſciet:
Niſi tu dederis ſapientiā ⁊ miſeris ſcm̄ ſpm̄
tuū d altiſſimis? Que in celis ſūt quidē nō
inueſtigamꝰ: quo rerū genere ⁊ corꝑa āge-
lica ſm̄ ꝓpriā dignitatē ⁊ eoꝝ q̄dam corꝑa
lis actio cōtinet̄: ſm̄ ſpm̄ tn̄ dei miſſum no
bis d altiſſimis ⁊ impertitā eius gratiā mē
tibꝰ nr̄is: audeo fiducialit̄ dicere: nec deū
patrē: nec verbū eiꝰ: nec ſpm̄ eiꝰ: qđ deus
vnus eſt: per id qđ eſt: atqꝫ idipm̄ eſt: vllo
mō eſſe mutabilē: ac per hoc multo minus
eſſe viſibilē: qm̄ ſunt q̄dā q̄uis mutabilia:
nō tn̄ viſibilia: ſicut nr̄e cogitatiōes: ⁊ memo
rie: ⁊ voluntates: ⁊ oīs incorꝑea creatura.
Viſibile aūt q̄cqꝫ nō ē: qđ nō ſit mutabile.

¶ Eſſentiā trinitatis nunqꝫ oculis apparuiſſe mortaliū: ſed ꝑ ſubiectam ſibi creaturā ſignificaſſe que voluit. ¶ Ca. XI

Quapropt̄ ſubſtātia vel ſi meliꝰ di-
cit̄ eſſentia dei: vbi ꝑ modulo nr̄o
ex quātulacūqꝫ particula intelligi
mus patrē ⁊ filiū ⁊ ſpm̄ ſctm̄: qm̄ quidē nul
lo mō mutabilis eſt: nullo mō pōt ipa ꝑ ſe-
metipam eſſe viſibilis. Proinde illa oīa
que patribꝰ viſa ſunt: cū deus illis ſm̄ ſuā
diſpenſationē tꝑibꝰ cōgruā preſentaret̄: ꝑ
creaturā facta eſſe manifeſtū eſt. Et ſi nos
latet quō ea miniſtris angelis fecerit: ꝑ an-
gelos tn̄ eē facta: nō ex nr̄o ſenſu dicimꝰ: ne
cuiqꝫ videamur plus ſapere preterqꝫ opor
Roma. 12 tet ſapere. Sed ſapiamꝰ ad temperantiā ſi-
cut deus nobis partitus eſt menſurā fidei:
2. Cor. 4 ⁊ credimꝰ ꝓpter qđ ⁊ loquimur. Extat enī
auctoritas diuinaꝝ ſcripturaꝝ: vnde mēs
nr̄a deuiare nō debet: nec relicto ſolidamē
to diuini eloquij: ꝑ ſuſpitionū ſuaꝝ abru-
pta p̄cipitari: vbi nec ſenſus corꝑis regit:
nec perſpicua ratio veritatis elucet. Aper-
tiſſime q̇ppe ſcriptū eſt in ep̄la ad hebreos:
cū diſpenſatio noui teſtamēti a diſpēſatio-
ne veteris teſtamēti ſm̄ ꝯgruētiā ſeculorū
ac tꝑm diſtingueret̄: nō tantū illa viſibilia:
ſed ipm̄ etiā ſermonē per angelos factū: ſic
Heb. 1 enī dicit: Ad quē aūt angeloꝝ dixit aliqn̄:
Sede ad dexterā meā: q̊adusqꝫ ponā ini-
micos tuos ſcabellū pedum tuoꝝ? Nonne
oēs ſunt miniſtri ſpiritꝰ ad miniſtrationem
miſſi: ꝓpter eos qui futuri ſunt hereditatē
poſſidere ſalutis? Hinc oſtēdit illa oīa: nō
ſolū per angelos facta: ſed etiā ꝓpter nos
facta: id eſt ꝓpter populū dei: cui ꝓmittit̄
hereditas vite eterne: ſicut ad corinthios
etiā ſcriptū eſt: Omnia hec in figura cōtin 1. Cor. 10
gebāt illis: ſcripta ſunt aūt ad correptionē
noſtrā: in quos finis ſeculoꝝ obuenit. De
inde qꝛ tūc per angelos: nunc aūt ꝑ filium
ſermo factus eſt: ꝯſequēter aperteqꝫ demō
ſtrans. Propterea inquit: abundantius Heb. 2
oportet attēdere nos ea que audiuimꝰ: ne
forte defluamꝰ. Si enī qui ꝑ angelos dictꝰ
ſermo factꝰ eſt firmus: ⁊ omnis p̄uaricatio
⁊ inobediētia iuſtam accepit mercedis re-
tributionē: quomō nos effugiemꝰ tantā ne-
gligētes ſalutē? Et quaſi querētes quā ſa-
lutem vt oſtēderet ſe de nouo teſtamēto iā
dicere: id eſt ſermone qui nō ꝑ angelos: ſʒ
ꝑ dn̄m factus eſt. Que cū initiū accepiſſet Ibidem
inq̇t: vt enarraret̄ ꝑ dn̄m ab his q̇ audierūt
in nos ꝯfirmata eſt: ꝯteſtante deo ſignis et
portētis: ⁊ varijs v̊tutibꝰ ⁊ ſpūſſancti diui
ſiōibꝰ ſm̄ ſuā volūtatē. Sʒ ait aliquis: cur
ḡ ſcriptū eſt: Dixit dn̄s ad moyſen: et non
potiꝰ: dixit angelus ad moyſen? Quia cū
verba iudicis preco ꝓnūciat: nō ſcribit̄ in
geſtis: ille preco dixit: ſʒ ille iudex. Sic etiā
loquēte ꝓpheta ſctō: ⁊ ſi dicamꝰ ꝓpheta di-
xit: nihil aliud qꝫ dn̄m dixiſſe intelligi volu
mus. Et ſi dicamꝰ: dn̄s dixit: ꝓphetam nō
ſubtrahimꝰ: ſʒ q̇s ꝑ eū dixerit admonemus.
Et illa quidē ſcriptura ſepe aperit angelū
eſſe deū: q̊ loquēte idētidē dicit̄: dn̄s dixit:
ſicut iā demōſtrauimꝰ. Sʒ ꝓpter eos q̇ cū ſcri
ptura illic angelū noīat: ipm̄ ꝑ ſeipm̄ filiū
dei volūt intelligi: qꝛ ꝓpt̄ annūciationē pa
terne ac ſue volūtatis a ꝓpheta dictus eſt
angelus: ꝓpterea volui ex hac ep̄la māife-
ſtius teſtimoniū dare: vbi nō dictū ē: ꝑ an-
gelū: ſed ꝑ angelos. Nam ⁊ ſtephanus in
actibꝰ apl̄oꝝ eo more narrat hec: quo etiā
in libris veteribꝰ ꝯſcripta ſūt: Viri fratres Act. 7
et patres audite inquit: deus glorie appa-
ruit abrae p̄ri noſtro: cū eſſet in meſopota-
mia ſyrie. Ne q̇s aūt arbitret̄ tunc deū glo-
rie ꝑ id qđ in ſeipō eſt: cuiuſqꝫ ocul' apparu
iſſe mortaliū: in ꝯſequētibꝰ dicit: qꝫ moyſi
angelus apparuerit: Fugit inq̇t moyſes in
verbo iſto: et factus eſt inquilinus in terra
madian: vbi genuit filios duos. Et cōple-
tis illic annis. xl. apparuit illi in deſerto mō
tis ſyna angelus dn̄i in flāma ignis in ru-
bo. Moyſes aūt videns mirabat̄ viſum.
Qui cū accederet ꝯſiderare: facta eſt vox
dn̄i dicēs: Ego ſum deus patrū tuoꝝ: deꝰ Exo. 5

abraam: ⁊ deus iſaac: ⁊ deus iacob. Tre-
mefactus aũt moyſes: nõ audebat cõſide-
Exo.3 rare. Dixitq illi dñs: Solue calciamẽtum
pedũ tuoꝝ ⁊c. Hic certe ⁊ ãgelũ ⁊ dñm di
cit: eundẽq deũ abraã: ⁊ deũ iſaac: ⁊ deũ
iacob: ſicut in geneſi ſcriptũ ẽ. An forte quiſq
dicturꝰ eſt: q moyſi p angelũ apparuit do-
minꝰ: abrae vo per ſeipm? At hoc a ſtepha
no nõ queramꝰ: ipm librũ vnde ſtephanus
iſta narrauit interrogemꝰ. Nunquid eñ qz
Gen.12 ſcriptũ eſt: Et dixit dñs deus ad abraã. Et
paulopoſt: Et viſus ẽ dñs deꝰ abrae: ppte
rea iſta nõ p angelos facta ſunt: cũ alio lo-
Gene.18 co ſimiliter dicat. Viſus eſt aũt ei deus ad
ilicem mambre ſedẽti ad oſtiũ tabernaculi
ſui meridie. Et tñ cõſequẽter adiũgit: Re
ſpiciẽs aũt oculis ſuis vidit: ⁊ ecce tres vi
ri ſtabãt ſup eũ: de quibꝰ iam diximꝰ. Quõ
eñ poterũt iſti qui vel a verbis ad intellec
tũ nolũt aſſurgere: vel facile ſe ab intellec-
tu in verba pcipitant: quõ poterũt explica
re viſuz eſſe deũ in viris tribꝰ: niſi eos ſicut
etiã cõſequẽtia docet: angelos fuiſſe fateã
tur? An qz nõ dictũ eſt angelus ei locutus
eſt vel apparuit: ppterea dicere audebunt:
moyſi quidẽ illã viſionẽ ac vocẽ per ange-
lum factã: qz ita ſcriptũ eſt: abrae aũt qz cõ
memoratio angeli nõ eſt facta: per ſubſtan
tiã ſuã deũ apparuiſſe atq ſonuiſſe. Quid
qd nec apud abraam de angelo tacitũ eſt?
Nam ita legit cũ imolãdus filius eius pre
Gene.22 ciperet. Et factum eſt poſt hec verba: tem-
ptauit deus abraã: ⁊ dixit ad eũ: Abraam
abraã. Et ille dixit. Ecce ego. Et dixit ei:
Accipe filiũ tuũ dilectũ quẽ diligis iſaac: et
vade in terrã excelſam: et offer eũ ibi holo-
cauſtũ ſup vnũ montẽ quẽ tibi dixero. Cer
te hic deus: nõ angelus cõmemoratus eſt.
Ibidẽ. Paulopoſt vo ita ſe habet ſcriptura. Extẽ-
dẽs aũt abraã manũ ſuã: ſũpſit gladiũ vo
lẽs occidere filiũ ſuũ. Et vocauit eũ ange-
lus dñi de celo: ⁊ dixit ei: Abraã abraã: Et
dixit: Ecce ego. Et dixit: Ne iniicias manũ
tuã ſup puerũ: neq facias ei quicq. Quid
ad hoc reſpõdet: an dicturi ſũt deũ iuſſiſſe
vt occideret iſaac: ⁊ angeluz prohibuiſſe?
Porro ipm patrẽ aduerſum dei pceptũ q
iuſſerat vt occideret obtemperaſſe angelo
vt parceret. Ridendus ⁊ abiiciendus hic
ſenſus eſt. Sz neq huic tam groſſo ⁊ abie-
cto vllũ locũ ſcriptura eſſe pmittit: ptinuo
Ibidẽ ſubiungẽs. Nũc eñ cognoui qz times deũ
tu: ⁊ non pepercisti filio tuo dilecto ppter
me. Quid eſt ppter me: niſi ppt eũ q occi-
di iuſſerat? Idẽz igit deus abrae qui ange
lus: an potius p angelũ deus. Accipe ſe-
quẽtia. Certe iam hic angelus manifeſtiſſi
me expſſus ẽ: attẽde tñ qd pterat. Reſpi-
ciens abraã oculis ſuis vidit: ⁊ ecce aries
vnus tenebat in arbore ſabech cornibꝰ: et
abiit abraã: ⁊ accepit arietẽ: ⁊ obtulit eum
holocauſtũ p iſaac filio ſuo. Et cognomi
nauit abraã nomẽ loci illius dñs vidit: vt
dicãt hodie qz in mõte dñs viſus eſt: ſicut
pauloante qd dixit deus p angelũ. Nunc Ibidẽ.
eñ cognoui qz times deũ: nõ qz tunc deus
cognouiſſe intelligẽdus eſt: ſed egiſſe: vt p
deũ ipſe abraã cognoſceret quãtas habe-
ret vires cordis ad obediẽdũ deo vſq ad
immolationẽ vnici filii. Illo mõ locutiõis
quo ſignificat p efficientẽ id qd efficit: ſicut
dicit frigus pigrũ: qd pigros facit: vt ideo
cognouiſſe diceret: qz ipm abraã cognoſce
re fecerat: quẽ poterat latere fidei ſue firmi
tas: niſi tali expimẽto pbaret. Ita ⁊ hic co-
gnominauit abraã nomẽ loci illius dñs vi
dit: id eſt qd videri ſe fecit. Nam continuo
ſecutus ait: vt dicãt hodie q in mõte dñs
viſus eſt. Ecce idem angelus: dñs dicitur:
Quare niſi qz p angelũ dñs? Iã vo in eo
qd ſequit: pphetice omino loquit ãgelus:
et prorſus aperit qd p angelũ deus loqua-
tur. Et vocauit inquit angelus dñi abraã
iterũ de celo dicẽs: Per me iuraui dic dñs: Gen.22.
pro eo qd feciſti hoc verbum: ⁊ nõ pepciſti
filio tuo dilecto ppt me ⁊c. Hec certe ver-
ba vt dicat ille: per quẽ loquit dñs: hec di-
cit dñs: etiã pphete ſolẽt habere. An filiꝰ
dei de patre ait: dicit dñs: et ipſe eſt ille an-
gelus pris. Quid ergo de illis tribus viris?
Nonne reſpiciũt quomõ vrgeant qui viſi
ſunt abrae: cũ pdictũ eſſz: viſus eſt ei dñs:
an qz viri dicti ſunt: nõ erãt angeli? Danie Dan.8
lem legãt dicentẽ. Ecce vir gabriel: Sz qd
vltra differimꝰ ora eorũ euidẽtiſſimo atq
grauiſſimo alio documẽto oppilare: vbi nõ
angelus ſingularit: nec viri pluraliter: ſed
omino angeli dicũt: p quos ſermo nõ qui-
libet factus: ſz lex ipſa data manifeſtiſſime
oſtẽdit: quã certe nullus fideliũ dubitat deũ
dediſſe moyſi ad ſubiugãdũ pplm iſrael: ſz
tñ per ãgelos datã: ita ſtephanus loquit:
Dura ceruice inquit ⁊ nõ circũciſi corde ⁊ Act.7.
auribꝰ: vos ſemp ſpirituiſctõ reſtitiſtis: ſi-
cut pres vri: quẽ pphetaꝝ nõ pſecuti ſunt
pres vri: et occiderũt eos qui pnũciabant
de aduẽtu iuſti: cuius nũc vos pditores ⁊
interfectores fuiſtis: qui accepiſtis legẽ in

edictis angelorum:nec cuſtodiſtis. Quid
hoc euidẽtius:ꝗd tanta auctoritate robu-
ſtius:? In edictis quidẽ angeloꝝ lex illi po
pulo data eſt:ſed dñi ieſu xp̄i ꝑ eã diſpone
bat:⁊ ꝑnunciabat aduentus. Et ip̄e tanq̄
verbũ dei miro ⁊ ineffabili mõ erat in ange
lis:in quoꝝ edictis lex ipſa dabat. Vñ dic
Joh.5 in euangelio: Si crederetis moyſi:credere
tis ⁊ mihi:de me eñ ille ſcripſit. Per ange
los ergo tũc dñs loquebat:per angelos fi-
j.Thi.2 lius dei:mediator dei ⁊ hoim futurus ex ſe
mine abrae ſuũ diſponebat aduentũ:vt in
ueniret a quibus reciperet cõfitẽtes reos:
quos lex nõ impleta fecerat trãſgreſſores.
Gal.3 Vñ ⁊ ap̄lus ad galathas dicit: Quid er-
go lex:? Tranſgreſſionis gr̄a ꝓpoſita eſt:do
nec veniret ſemen cui ꝓmiſſum eſt diſpoſi-
ta ꝑ angelos in manu mediatoris: hoc eſt
diſpoſita ꝑ angelos in manu ſua. Non eñ
natus eſt per ꝯditionẽ:ſed ꝑ ꝑtãtẽ. Qꝛ au-
tem nõ aliquẽ ex angelis dicit mediatorẽ:
ſed ip̄m dñm ieſum chriſtũ inquãtũ hõ fie-
j.Thi.2 ri dignatus eſt:habes alio loco. Vnus in-
quit deus:⁊ vnus mediator dei ⁊ hoim:hõ
xp̄us ieſus. Hinc illud paſca in interfectio
ne agni: Hinc illa oı̄a que de xp̄o venturo
in carne atq̄ paſſuro:ſed ⁊ reſurrecturo in
lege figurant:que data eſt in edictis ange-
loꝝ:donec veniret ſemẽ diſpoſitũ ꝑ ange-
los in manu mediatoris. In quibꝰ angelis
erat vtiq̄ ⁊ pater:⁊ filius:⁊ ſpũſſanctꝰ. Et
aliqñ pater:aliqñ filiꝰ:aliqñ ſpũſſctũs:ali-
qñ ſine vlla diſtinctiõe perſone deus per il
los figurabat. Et ſi viſibilibꝰ et ſenſibilibꝰ
formis apparẽs:ꝑ creaturã tñ ſuam nõ per
ſubſtãtiã ſuã cui vidẽda corda mũdant ꝑ
hec oı̄a q̄ oculis vident:⁊ auribꝰ audiunt.
Sꝫ iam ſatis quantũ exiſtimo ꝓ captu nr̄o
diſputatũ ⁊ demõſtratũ eſt:qꝺ in hoc libro
ſuſceperamꝰ oſtẽdere:cõſtitit q̄ ⁊ ꝓ habili-
tate rõnis quantũ hõ vel potiꝰ quantũ ego
potui ⁊ firmitate auctoritatis quãtũ de ſcri
pturis ſanctis diuina eloquia patuerunt:
qꝺ antiquis pr̄ibꝰ nr̄is ante incarnationeꝫ
ſaluatoris cũ deus apparere dicebat: vo-
ces ille ac ſpecies corꝑales per angelos fa
cte ſunt: ſiue ipis loquẽtibꝰ vel agentibus
aliq̄d ex perſona dei:ſicut etiã ꝓphetas ſo
lere oſtendimꝰ:ſiue aſſumẽtibꝰ ex creatura
qꝺ ipſi nõ eſſent:vbi deus figurate demõ-
ſtraret hominibꝰ. Qꝺ genꝰ ſignificationũ
nec ꝓphetas omiſiſſe multis exẽplis docet
ſcriptura. Supereſt igit iam vt videamꝰ cũ
⁊ nato per virginẽ dño: ⁊ corꝑali ſpecie ſi-
cut columba deſcendẽte ſpũſancto: viſiſq̄ Act.2
igneis linguis:ſonitu facto de celo die pen
tecoſtes poſt aſcenſionẽ dñi: non ip̄um dei
verbũ per ſubſtãtiã ſuam qua patri equale
atq̄ coeternũ eſt:nec ſpũs pr̄is ⁊ filij ꝑ ſuã
ſubſtãtiam qua ⁊ ipſe vtriſq̄ equalis atq̄
coeternus eſt:ſed vtiq̄ creaturaꝫ que illis
modis formari ⁊ exiſtere potuit corporeis
atq̄ mortalibꝰ ſenſibꝰ apparuerit:quid in-
ter illas demõſtratiões: ⁊ has ꝓprietates
filij dei ⁊ ſpũſſancti:q̄uis per creaturã vi-
ſibilẽ factas interſit:quod ab alio volumi-
ne cõmodius ordiemur.

¶ Explicit liber tertius.

¶ Incipiũt capitula libri quarti.

j ¶ De gr̄a dei qua ſibi humanũ genus
recõciliat:vt qꝺ perierat:ſaluet.
ij ¶ De incarnatione vbi vt ꝑticipes eiꝰ
eſſe poſſimus.
iij ¶ De ſimplo ſaluatoris nr̄i qꝺ ad du-
plũ noſtrũ ꝯcurrit ⁊ cõgruit.
iiij ¶ De ratione ſimpli ad duplũ:ꝑ nume
rũ ternariũ atq̄ ſenariũ.
v ¶ De quadrageſimoſexto anno edifi-
cationis dñici corporis.
vj ¶ De triduo quo ipleto dñs reſurrexit.
vij ¶ De ſignis ⁊ ꝓfiguratiõibus: que ad
uentũ domini ꝓceſſerunt.
viij ¶ De filio dei qui in forma dei ⁊ in for-
ma ſerui vna ꝑſona eſt xp̄i.
ix ¶ De vnitate eccleſie in deo ꝑ geminã
dilectionẽ cui formã prebet vnitas
patris ⁊ filij ⁊ ſpirituſſancti.
x ¶ De mediatore ad mortẽ diabolo: et
mediatore ad vitã ieſu xp̄o.
xj ¶ De facilitate ludificationũ quibꝰ ho
mines ab imũdis ſpiritibꝰ fallunt.
xij ¶ De falſis ⁊ deceptorijs purificatio-
nibus.
xiij ¶ Mortẽ xp̄i nõ fuiſſe neceſſitatis no-
ſtre:ſed volũtatis ſue ac ꝑtãtis.
xiiij ¶ De ſacrificio ꝑfecto ⁊ vero:qꝺ ip̄e ꝓ
nobis ſaluator effectꝰ eſt.
xv ¶ De his qui ſibi purgationẽ de virtu-
te ꝓpria pollicent.
xvj ¶ Sapientes mũdi nec reſurrectionis
veritatem cognoſcere:nec futuroꝝ
ordinẽ ſcire potuiſſe: q̄uis ⁊ ipi va
ticinia habere videant.
xvij ¶ Vñ apud impios poſſint quedã fu-
tura preſciri.
xviij ¶ De fide qua credimus tẽpaliter ge-
ſta ⁊ veritate q̄ reddet eterna.
xix ¶ De miſſione filij dei qua in forma ſer

ui patre factus eſt minoꝛ:cū in foꝛ-
ma dei patri ꝑmaneret equalis.

xx ❡ Non eſſe cōtra equalitatē patris ⁊ fi-
lij:ſi etiā ſcḋm coeternā patri diuini-
tatem intelligatur filius miſſus.

xxj ❡ De ſenſibili demōſtratōe ſpūſſancti:
⁊ de coeterna vnitate trinitatis.

❡ Incipit pꝛoemiū in librū quartū.

Scientiā terreſtriū celeſtiūqꝫ rerū
magni eſtimari ſolet genus huma-
num:in quo ꝑfecto melioꝛes ſunt
qui huic ſcientie ꝑponūt noſſe ſemetipſos:
laudabilioꝛqꝫ eſt animꝰ cui nota eſt vel in-
firmitas ſua:ꝙ̄ qui ea non reſpecta: vias ſi
derū ſcrutatur etiā cogniturus:aut qui iam
cognitas tenet ignoꝛās ipſe qua ingrediatur
ad ſalutē:ac infirmitatē ſuā. Qui vero iā
euigilauit in deū ſpūſſancti caloꝛe excitatꝰ
atqꝫ in eiꝰ amoꝛe coꝛā ſe viluit:ad eūqꝫ itra
re volēs nec valēs: eoqꝫ ſibi lucēte attēdit
in ſe:inuenitqꝫ ſe:ſuāqꝫ egritudinē illiꝰ mū
dicie cōtemperari nō poſſe cognouit:flere
dulce habet eūqꝫ deꝑcari:vt etiā atqꝫ etiā
miſereatur:donec exuat totā miſeriā:⁊ ꝑcari
cū fiducia. Jam accepto gratuito pignoꝛe
ſalutis:per eius vnicū ſaluatoꝛē hoīs ⁊ il-
1.Coꝛ.8 luminatoꝛē:hūc ita agentē ⁊ dolentē:ſcien
tia nō inflat: qꝛ caritas edificat: pꝛepoſuit
eīm ſciētiā ſciētie:ꝑpoſuit ſcire infirmitatē
ſuā magiſqꝫ ſcire mūdi menia:fundamēta
terraꝝ ⁊ faſtigia celoꝝ:⁊ hanc apponendo
ſcientiā:appoſuit doloꝛē. Doloꝛē peregri-
natiōis ſue ex deſiderio patrie ſue:⁊ condi
toꝛis eius beati dei ſui. Jn hoc genere ho-
minū:in familia xp̄i tui dn̄e deꝰ meꝰ: ſi in-
ter pauperes tuos gemo:da mihi de pane
Math.5 tuo reſpondere hominibꝰ:qui nō eſuriunt
⁊ ſitiūt iuſticiā: ſed ſatiati ſunt ⁊ abundāt.
Satiauit aūt illos phantaſma eoꝝ:nō veri
tas tua:quā repellēdo reſiliūt: ⁊ i ſuā vani
tatē cadūt. Ego certe ſentio ꝙ̄ multa figmē-
ta pariat coꝛ humanū. Et qḋ eſt coꝛ meū:
niſi coꝛ humanū? Sed hoc oꝛo deū coꝛdis
mei:vt nihil ex eis figmentis ꝓ ſolido vero
eructem in has litteras: ſed inde veniat in
eas quicqḋ per me venire potuerit. Unde
mihi ꝙuis ꝓiecto a facie oculoꝝ ſuoꝝ:⁊ de
longinquo redire conāti:per viā quā ſtra-
uit humanitati diuinitas vnigeniti ſui au-
ra veritatis eius aſpergitur. Quā intantū li-
cet mutabilis haurio:inquantū in ea nihil
mutabile video: nec locꝭ ⁊ tꝑibꝰ ſicͭ coꝛpa:
nec ſolis tꝑibꝰ ⁊ ꝗ̄ſi locis:ſicut ſpirituū nr̄o
rū cogitatōes:nec ſolis tꝑibus: ⁊ nulla vel
imagine locoꝝ:ſicut quedā nr̄aꝝ mentiū
ratiocinationes. Omnino eīm dei eſſentia
qua eſt:nihil mutabile habet: nec in eterni
tate:nec in v̄itate:nec in voluntate:qꝛ eter
na ibi eſt veritas: ⁊ eterna caritas: et vera
ibi eſt caritas:vera eternitas: ⁊ cara ibi eſt
eternitas:cara veritas.

❡ De gratia dei qua ſibi humanū
genus recōciliat vt quod perierat
ſaluetur. ❡ Ca.i

Sed quoniā exulauimꝰ ab
incōmutabili gaudio:nec
tn̄ inde ꝑciſi atqꝫ abrupti
ſumꝰ: vt nō etiā in iſtꝭ mu
tabilibꝰ ⁊ tꝑalibꝰ eternita
tē:veritatē:beatitudinē:q̄
reremꝰ. Nec moꝛi eīm nec falli:nec ꝑturba-
ri volumꝰ:miſſa ſunt nobis diuinitꝰ viſa cō
grua ꝑegrinatiōi nr̄e:quibꝰ admoneremur
nō hic eſſe qḋ querimꝰ:ſed illuc ad ipa eſſe
redeūdū:vn̄ niſi pēderemꝰ hīc ea nō quere-
remꝰ. At ꝑmū nob ꝑſuadēdū fuit:quātum
nos diligeret deus:ne deſperatiōe nō aude
remꝰ erigi in eū. Quales aūt dilexerit:oſtē
di opoꝛtebat:ne tāqꝫ ď meritis nr̄is ſupbiē
tes:magis ab eo reſiliremꝰ: ⁊ in nr̄a foꝛtitu
dine magis deficeremꝰ: ac ꝑ hoc egit nobi
ſcū vt ꝑ eiꝰ foꝛtitudinē potiꝰ ꝓficeremꝰ:atqꝫ
ita in infirmitate humilitatis ꝑficeretur v̄tus
caritatis. Hoc ſignificabat in pſalmo vbi
ait: Pluuiā volūtariā ſegregās deus here Ps.67
ditati ſue:⁊ infirmata eſt: tu v̄o ꝑfeciſti eā.
Pluuiā q̄ppe volūtariā nō niſi gratiā vult
intelligi:nō meritis redditā: ſꝫ gratis datā:
vn̄ ⁊ gr̄a noīatur. Dedit eīm eā non qꝛ digni
eramꝰ:ſꝫ qꝛ voluit:hoc cognoſcētes:nō fi-
dentes in nobis erimꝰ: ⁊ hoc eſt infirmari.
Jpe v̄o ꝑficit nos:q̄ etiā paulo aplo dixit:
Sufficit tibi gr̄a mea:nā virtus in infirmi- 2.Coꝛ.12
tate ꝑficitur:ꝑſuadēdū ergo erat hōi quātū
nos dilexerit deus:⁊ q̄les dilexerit Quan
tum:ne deſperaremꝰ:q̄les ne ſupbiremus.
Hunc locū aplꝰs ꝑneceſſariū: ſic explicat.
Cōmēdat aūt inquit ſuā caritatē deꝰ in no Roma.5
bis:qm̄ cū adhuc pctōꝛes eēmꝰ:xp̄s ꝓ no
bis moꝛtuꝰ ē: multo magꝭ iuſtificati nūc in
ſanguīe ipius: ſalui erimꝰ ab ira ꝑ ipm̄. Si
eīm cum inimici eſſemꝰ recōciliati ſumꝰ deo
ꝑ moꝛtē filij eiꝰ: multomagꝭ recōciliati ſalui
erimꝰ in vita ipius. Jtem alio loco. Quid Ibidem.8
ergo inquit dicemus ad hec? Si deus pꝛo
nobis:quis cōtra nos:qui ꝓpꝛio filio non
pepercit: ſꝫ ꝓ nobis oībus tradidit illum:
Quomō nō ⁊ cū illo nobis oīa donauit?

Quod autē factū nobis annūciat̄: hoc futurū oſtēdebat̄ ⁊ antiquis iuſtis: vt p eandē fidē etiā ipſi humiliati infirmarent̄: ⁊ infirmati pficerent̄. Joh. i Quia igit̄ vnū verbū dei eſt: per qđ facta ſunt oīa: qđ eſt incōmutabilis veritas: vbi principaliter atq; incōmutabilit̄ ſunt oīa ſimul: nō ſoluʒ q̄ nunc ſunt in hac vniuerſa creatura: verūetiā que fuerūt: ⁊ q̄ futura ſunt: ibi aūt nec fuerunt: nec futura ſunt: ſed tantūmō ſunt: ⁊ omnia vita ſunt: ⁊ oīa vnū ſunt: ⁊ magis vnū eſt: ⁊ vna vita eſt. Sic eīn oīa p ipm facta ſunt: vt q̄cquid factū eſt in his: in illo vita ſit: ⁊ factā nō ſit: Ibidem q2 in principio nō factū eſt verbū: ſed erat verbū apud deū: ⁊ de⁹ erat verbū: ⁊ oīa p ipm facta ſūt. Nec p ipm oīa facta eſſent: niſi ipm eſſet ante oīa: factūq; nō eſſet. In his aūt q̄ per ipſum facta ſunt: etiā corpus qđ vita nō eſt p ipm nō fieret: niſi in illo anteq; fieret vita eſſet. Qđ eīn factū ē: iam in illo vita erat: ⁊ nō qualiſcūq; vita. Nam et aīa vita eſt corpis: ſʒ ⁊ hec facta eſt: q2 mutabilis eſt: ⁊ p quid facta eſt: niſi p dei verbū incōmutabile? Ibidem Oīa eīn per ipſum facta ſūt: ⁊ ſine ipo factū eſt nihil: qđ ergo factuʒ eſt: iam in illo vita erat: ⁊ nō qualiſcūq; vita: ſed vita erat lux hoīm: lux vtiq; rationaliū mentiū: per quas hoīes a pecorib⁹ differūt: ⁊ ideo ſunt hoīes. Nō ergo lux corporea: que lux eſt carniū: ſiue de celo fulgeat: ſiue terrenis ignib⁹ accēdat̄: nec humanaꝝ tantū carniū: ſed etiā beluinarū: ⁊ vſq; ad minutiſſimos quoſq; vermiculos. Omnia eīn hec vidēt iſtā lucē: at illa vita lux hoīm erat: nec lōge poſita ab vnoquoq; nr̄m. Act. 17 In illa eīn viuim⁹ ⁊ mouemur ⁊ ſum⁹. Sʒ lux in tenebris lucet: ⁊ tenebre eā nō cōphēdert.

De incarnatiōe verbi vt participes eius eſſe poſſim⁹. Ca. ii

Tenebre aūt ſunt ſtulte mentes hominū: praua cupiditate atq; īfidelitate cecate. Has vt curaret atq; ſanaret verbū: per quod facta ſunt omnia. caro factū eſt: ⁊ habitauit ī nobis. Illuminatio q̄ppe nr̄a pticipatio verbi dei eſt: illi⁹ ſcʒ vite que lux eſt hoīm. Huic aūt pticipationi prorſus inhabiles ⁊ min⁹ idonei eramus: ꝓpter imūdiciā pctōꝝ. Mūdādi ergo eram⁹. Porro iniquorū ⁊ ſupborū vna mūdatio eſt ſanguis iuſti: ⁊ humilitas dei: vt ad ↄtemplādū deū qđ natura nō ſum⁹: p eū mūdaremur: factū qđ natura ſum⁹: et qđ pctō nō ſum⁹. Deus eīn natura nō ſumus: hoīes natura ſumus: iuſti pctō non ſumus. Deus itaq; factus hō iuſtus: interceſſit deo ꝓ hoīe pctōre. Non eīn cōgruit peccator iuſto: ſed cōgruit homini homo. Adiungēs g̃ nobis ſimilitudinē humanitatis ſue: abſtulit diſſimilitudinē iniq̄tatis nr̄e. Et factus particeps mortalitatis nr̄e: fecit nos participes diuinitatis ſue. Merito quippe mors pctōꝝ veniēs ex dānationis neceſſitate: ſoluta eſt per mortē iuſti veniētē ex miſericordie volūtate: dum ſimplum eius cōgruit duplo nr̄o. Hec eīn cōgruētia: ſiue ↄueniētia: vel cōcinnātia: vel ↄſonātia: vel ſi cōmodius dicit̄: qđ ē vnuʒ ad duo: in oīni cōpaginatōe: vel ſi melius dicit̄ coaptatiōe creature: valet plurimū. Hanc eīn coaptationē: ſic̄ mihi nūc occurrit: dicere volui: quā greci harmoniam vocant. Neq; nūc locus eſt: vt oſtēdā quātū valeat cōſonātia ſimpli ad duplū: que maxima in nobis reperit̄: vt ſit nobis inſita naturaliter: a quo vtiq; niſi ab eo q̄ nos creauit: vt nec imperiti poſſint eā nō ſentire: ſiue ipi cātantes: ſiue alios audiētes: p hāc quippe voces acutiores grauioreſq; cōcordant: ita vt quiſquis ab ea diſſonuerit: nō ſcientiā (cuius expertes ſūt plurimi) ſʒ ipm ſenſum auditus nr̄i vehementer offendat. Sed hoc vt demonſtretur: longo ſermone opus eſt: ipis aūt aurib⁹ exhiberi pōt ab eo qui nouit in regulari monochordo.

De ſimplo ſaluatoris noſtri qđ ad duplum noſtrū concurrit ⁊ congruit. Ca. iii

Verū qđ inſtat impreſentiarū quātū donat de⁹: ediſſerēdū eſt: quēadmodū ſimpluʒ dn̄i ⁊ ſaluatoris noſtri ieſu xp̄i: duplo nr̄o ↄgruat ⁊ quodā mō ↄcinat ad ſalutē. Nos certe (qđ nemo xp̄ianus ambigit) ⁊ anima ⁊ corpe mortui ſum⁹: anima ꝓpter pctīn: corpe ꝓpter penā peccati: ac per hoc ⁊ corpore ꝓpter pctīn. Utriq; aūt rei nr̄e: id eſt ⁊ anime ⁊ corpi: medicina ⁊ reſurrectōe opus erat: vt in melius renouaret̄: qđ erat in deterius cōmutatū. Mors aūt anime impietas eſt: ⁊ mors corpis corruptibilitas: p quā fit ⁊ anime a corpe abſceſſus. Sicut eīn anima deo deſerente: ſic corpus anima deſerēte: morit̄: vn̄ illa fit inſipiens: hoc exanime. Reſuſcitat̄ eīn aīa per penitētiā: ⁊ in corpe adhuc mortali renouatio vite inchoat̄ a fide: qua creditur in eū qui iuſtificat ipiū: boniſq; moribus augetur ⁊ roboratur de die in diem: cū magis magiſq; renouat̄ interior homo.

Corpus v̄o tām̄ hō̄ exterior: quāto eſt hec
vita diuturnior: tanto magis magiſq̄ cor-
rumpit: vel etate: vel morbo: vel varijs af
flictiōib⁹: donec veniat ad vltimā q̄ ab ho
minib⁹ mors vocat. Eius autē reſurrectio
differt in finē: cū et ipa iuſtificatio nr̄a perfi
Joh.3 ciet ineffabiliter. Tūc eni̅ ſimiles ei erim⁹:
ap.9 qn̄ videbim⁹ eū ſicuti eſt. Nunc v̄o q̄diu
ob.7 corpus qō corrūpit aggrauat animā: et vi-
.142 ta humana ſup terrā tota temptatio eſt: nō
iuſtificabit in conſpectu eius oīs viuēs: in
cōpatiōe iuſticie qua equabimur āgelis: et
glorie q̄ reuelabit in nobis. De morte aūt
aīe a morte corpis diſtinguēda: q̄d plura
documēta cōmemorē: cū dn̄s in vna ſentē
tia euāgelica vtrāq̄ mortē cuiuis facile diſ
ath.8 cernendā poſuerit: vbi ait: Sine mortuos
ſepelire mortuos ſuos. Sepeliēdū quippe
corpus mortuū erat: ſepultores aūt eius p
infidelitatis impietatē in aīa mortuos itel-
ph.5 ligi voluit: quales excitāt cū dicit: Surge
qui dormis et exurge a mortuis: et illumina
bit te xp̄s. Deteſtat aūt q̄ndā mortez ap̄ls
hi.5 dicēs de vidua: Que aūt in delitijs agit: vi
uens mortua eſt. Anima igit iam pia q̄ fuit
impia: ꝓpter iuſticiā fidei dicit ex morte re
uixiſſe atq̄ viuere. Corpus aūt nō tm̄ mo-
riturū ꝓpter aīe abſceſſum qui futurus eſt:
ſed ꝓpter infirmitatē tātā carnis et ſangui-
nis: quodā loco in ſcripturis etiā mortuū
ma.8 dicit: loquēte ap̄lo: Corpus quidē inquit
mortuū eſt ꝓpter pctm̄: ſpiritus aūt vita eſt
ꝓpter iuſticiam: hec vita ex fide facta eſt:
ac.2 qm̄ iuſtus ex fide viuit. Sed quid ſequit:
ma.8 Si aūt ſpūs eius q̄ ſuſcitauit ieſum a mor-
tuis habitat in vobis: qui ſuſcitauit xp̄um
ieſuz a mortuis: viuificabit et mortalia cor
pora vr̄a: p inhabitantē ſpm̄ ei⁹ in vobis.
Huic ergo duple morti nr̄e: ſaluator impē
dit ſimplā ſuā: et ad faciendā vtrāq̄ reſuſci
tationē noſtrā: in ſacramēto et exemplo p̄-
poſuit et ꝓpoſuit vnam ſuam. Neq̄.n. fuit
peccator aut impius vt ei tām̄ ſpū mortuo
in interiore hoīe renouari opus eēt: et tām̄
reſipiſcēdo ad vitā iuſticie reuocari: ſed in
dutus carne mortali: et ſola moriēs: ſola re
ſurgens: ea ſola nobis ad vtrūq̄ ꝯcinuit:
cū in ea fieret interior hoīs ſacramētū: ex-
terioris exēplū. Interioris eni̅ hoīs nr̄i ſa-
cramēto data eſt illa vox: ptinēs ad mortē
aīe nr̄e ſignificādā: nō ſolū in pſalmo: verū
s.21 etiā in cruce: Deus meus deus me⁹ vt q̄d
me dereliquiſti: Cui voci ꝯgruit ap̄lus di-
ma.6 cens: Sciētes q̄ vetus hō nr̄ ſimul cruci-
fixus eſt cū illo: vt euacuet corp⁹ peccati:
vt vltra nō ſeruiam⁹ pctō. Crucifixio q̄ppe
interioris hoīs penitētie dolores intelligū
tur: et ꝯtinētie quidā ſalubris cruciatus: p
quā mortē mors impietatꝭ perimit: in qua
nos nō dereliquit deus. Et ideo p talē cru
cem euacuat corpus peccati: vt iaz nō ex- Ibidem
hibeam⁹ mēbra nr̄a arma iniquitatꝭ pctō:
q̄ et interior hō ſi vtiq̄ renouatur de die in
diē: pfecto vetus ē anteq̄ renouet. Intus
nanq̄ agit: qō idē ap̄ls dicit: Exuite vos Ephe.4
veterē hominē: et induite nouū. Qō ita cō
ſequēter exponit. Quapropter deponētes Ibidē
mēdaciū loquimini veritatē. Ubi aūt de-
ponitur mēdaciū: niſi intus vt inhabitet in
monte ſctō dei: qui loquit veritatē in corde Ps.14
ſuo. Reſurrectio vero corpis dn̄i: ad ſacra
mentū interioris reſurrectiōis nr̄e ptinere
oſtendit: vbi poſtq̄ reſurrexit ait mulieri:
Noli me tangere: nōdū eni̅ aſcendi ad pa- Joh.20
trē meū. Cui myſterio cōgruit ap̄ls dicēs:
Si aūt reſurrexiſtis cū xp̄o: que ſurſū ſunt Colo.3
querite: vbi xp̄us eſt ad dexterā dei ſedēs.
Que ſurſum ſūt ſapite: hoc eſt eni̅ xp̄m nō
tangere: niſi cum aſcēderit ad patrē: nō de
xp̄o ſapere carnaliter. Jam v̄o ad exēpluz
mortis exterioris hoīs noſtri dn̄ice carnis
mors ptinet: q̄ p talē paſſionē maxie hor-
tatus eſt ſeruos ſuos: vt nō timeāt eos qui Math.10
corpus occidūt: animā aūt nō poſſunt oc-
cidere. Propter qō dicit ap̄ls: vt ſuppleaz Colo.1
q̄ deſunt preſſurarū xp̄i in carne mea. Et ad
exēplū reſurrectiōis exterioris hoīs noſtri
ptinere inuenit reſurrectio corpis dn̄i: qui
ad diſcipulos ait: Palpate et videte: q̄ ſpi- Luc.24
rit⁹ carnē et oſſa nō habet: ſicut me videtis
hr̄e. Et vnus ex diſcipulis etiaz cicatrices
ei⁹ ꝯtrectans: exclamauit dicēs: Dn̄s me⁹ Joh.20
et deus me⁹. Et cū illius carnis tota integri
tas appareret: demōſtratū eſt in ea q̄ ſuos
exhortās dixerat. Capillus capitis vr̄i nō Luc.1
peribit. Un̄ eni̅ p̄mo: noli me tāgere: nōdū Joh.20
eni̅ aſcēdi ad patrē meū. et vn̄ anteq̄ aſcē-
dat ad patrē a diſcipulis tāgit: niſi q̄ illic
inſinuabat interioris hoīs ſacramētū: hic
p̄bebat exterioris exēplū. An forte quiſq̄
ita eſt abſurdus atq̄ auerſus a vero: vt au
deat dicere a viris eū tactū anteq̄ aſcēde-
ret: a mulierib⁹ aūt cū aſcēdiſſet. Propt h̄
exēplū future nr̄e reſurrectōis in corpe qō
p̄ceſſit in dn̄o: dicit ap̄ls: Initiū xp̄s: dein
de qui ſunt xp̄i. De corpis eni̅ reſurrectio- i.Cor.15
ne illo loco agebat: ꝓpter quā etiaz dicit:
Trāſfigurauit corpus humilitatis noſtre: Phil.3

cõforme corpi ſue glorie. Una ergo mors
nr̃i ſaluatoꝝ: duabꝰ mortibꝰ nr̃is: ſaluti fuit.
Et vna eius reſurrectio: duas nobis reſur
rectões ꝓſtitit: cũ3 corpꝰ eius in vtraq; re:
id eſt ⁊ in morte ⁊ in reſurrectiõe ⁊ ſacramẽ
to interioris hoĩs nr̃i: et exẽplo exterioris
medicinali quadã ꝯueniẽtia miniſtratũ ẽ.

De rõne ſimpli ad duplũ ꝓ ternari um numeꝝ atq; ſenariũ. Ca. iiii

Hec autẽ ratio ſimpli ad duplũ ori-
tur quidẽ a t̃nario numero. Unũ
q̃ppe ad duo: tria ſunt. Sed h̃ to-
tum qđ dixi: ad ſenariũ ꝑuenit. Unũ eñi ⁊
duo ⁊ tria: ſex fiũt. Qui numerus propte-
rea ꝑfectꝰ dicit̃: q2 ꝑtibꝰ ſuis cõplet̃. Hab3
eñi illas tres: ſextã: tertiã: dimidiã. Nec vl
la pars alia q̃ dici poſſit quota ſit: inuenit̃
in eo. Sexta ergo eiꝰ vnũ eſt: tertia duo: di
midia tria. Unũ aũt ⁊ duo ⁊ tria ꝯſũmant
eũdẽ ſenariũ. Cuiꝰ ꝑfectionẽ nob̃ ſctã ſcri-
Geñ.j ptura cõmẽdat in eo maxime: q2 deus ſex
diebus ꝑfecit opera ſua: et ſexto die factꝰ
eſt hõ ad imaginẽ dei: ⁊ ſexta etate generis
humani: filius dei venit: et factus eſt filius
hoĩs: vt nos reformaret ad imaginẽ dei.
Ea q̃ppe nũc etas agit̃: ſiue milleni ãni ſin-
gulis diſtribuãt̃ etatibꝰ: ſiue in diuinis lit-
teris memorabiles atq; inſignes quaſi arti
culos tꝑum veſtigemꝰ: vt prima etas inue
niat̃ ab ada3 vſq; ad noe: inde ſecũda vſ-
Math.j q; ad abraã. Et deinceps ſicĩ matheꝰ euan-
geliſta diſtinxit: ab abraã vſq; ad dauid: a
dauid vſq; ad tranſmigrationẽ in babylo
niã: atq; inde vſq; ad ṽginis partũ. Que
tres etates cõiuncte illis duabꝰ: quĩq; fa-
ciunt. Proinde ſextã incboauit natiuitas
dñi: que nũc agit̃ vſq; ad occl̃tũ tꝑis finẽ.
Hunc ſenariũ numerũ quãdã tꝑis gerere
figurã: etiã in illa rõne triꝑtite diſtributõis
agnoſcimꝰ: qua vnũ tꝑs cõputamꝰ ante le
gem: alteꝝ ſub lege: tertiũ ſub gr̃a. In quo
tꝑe ſacramẽtũ renouatõis accepimꝰ: vt in
fine tꝑis etiã reſurrectõe carnis: oĩni ex par
te renouati: ab vniuerſa nõ ſolũ anime: ve
rũ etiã infirmitate corporis ſanemur. Unde
Luc.13 intelligit̃ illa mulier in typo eccleſie a dño
ſanata ⁊ erecta: quã curuauerat ĩfirmitas
alligãte ſathana. De talibꝰ eñi occultis ho
ſtibus plãgit illa vox pſalmi: Curuauerũt
animã meã. Hec aũt mulier decem et octo
ãnos habebat in ĩfirmitate: qđ eſt ter ſeni.
Menſes aũt annoꝝ decẽ ⁊ octo inueniũt̃
in numero ſolidi quadrati ſenarij: quod ẽ
ſexies ſeni: et hoc ſexies. Iuxta quippe eſt
in eodẽ euangelij loco: arbor quoq; illa fi-
culnea: cuius miſerã ſterilitatẽ etiã tertius
annꝰ arguebat. S3 ita ꝓ illa itercſſũ ẽ: vt
dimitteret̃ illo anno: vt ſi fructũ ferret: be-
ne: ſin autẽ: excideretur. Nam et tres anni
ad eandẽ tripertitã diſtributionẽ ꝑtinẽt: ⁊
menſes trium annoꝝ q̃dratum ſenariũ fa-
ciũt: qđ eſt ſexies ſeni. Annus etiã vnus ſi
duodecim menſes integri ꝯſideret̃: quos
triceni dies cõplent: talẽ q̃ppe mẽſem vete
res obſeruauerũt: quem circuitus lunaris
oſtendit: ſenario numero pollet. Quot eñi
valẽt ſex in primo ordine numeroꝝ: q̃ con
ſtat ex vnis: vt ꝑueniat̃ ad decẽ: hoc valẽt
ſexaginta in ſecũdo ordine: q̃ cõſtat ex de-
nis vt perueniat̃ ad centũ. Sexagenarius
ergo numerus dierum: ſexta pars ãni eſt.
Proinde ꝑ ſenariũ primi verſus multipli-
cant̃: tanq̃ ſenarius ſecũdi verſus: ⁊ fiunt
ſexies ſexaginta: trecẽteni ⁊ ſexagita dies:
q̃ ſunt integri. xij menſes. S3 qm̃ ſicut mẽ-
ſem circuitus lune oſtẽdit hominibꝰ: ſic an
nus circuitu ſolis aia aduerſus eſt. Reſtant
aũt quinq; dies ⁊ quadrãs diei: vt ſol im-
pleat curſũ ſuũ annũq; concludat. Quat-
tuor eñi q̃drãtes faciũt vnũ diẽ: quẽ neceſ
ſe eſt int̃ſcalari excurſo quadriennio qđ bi
ſextũ vocãt: ne tꝑm ordo turbet̃. Etiã ipſos
dies quinq; ⁊ quadrantẽ ſi ꝯſideremus: ſe
narius numerꝰ in eis plurimũ valet. Pri-
mũ: q2 ſicut fieri ſolet vt a ꝑte totũ cõpute-
tur: nõ ſunt ia3 dies quinq;: ſ3 potiꝰ ſex: vt
quadrãs ille accipiat̃ pro die. Deinde q2
in ipſis quinq; diebꝰ ſexta pars menſis eſt:
ipſe aũt quadrans ſex horas habet. Totꝰ
eñi dies: id eſt cũ ſua nocte viginti quattu-
or hore ſunt: quaꝝ pars quarta: q̃ eſt qua-
drans diei ſex hore inueniunt̃: ita in anni
curſu ſenarius numerus plurimũ valet.

De quadrageſimoſexto ãno dominici corpis. Ca. v

Nec imerito in edificatione corpis
dñici: in cuius figura tẽplũ a iude Joh.2
is deſtructũ triduo ſe reſuſcitatuꝝ
eſſe dicebat: numerus iþe ſenarius pro an
no poſitus intelligit̃. Dixerũt eñi quadra-
ginta ⁊ ſex annis edificatũ eſt tẽplũ: ⁊ qua
drageſies ſexies ſeni: fiunt ducenti ſeptu-
aginta ſex. Qui numerus dierũ cõplet no
uem mẽſes ⁊ ſex dies: q̃ tanq̃ dece3 mẽſes
pariẽtibꝰ feminis imputant̃: nõ q2 oẽs ad
ſextũ diem poſt nonũ mẽſem ꝑueniũt: ſed
q2 iþa ꝑfectio corporis dñi: tot diebꝰ ad par-
tum ꝑducta cõperit̃: ſicut a maioribus tra

ditũ ſuſcipiẽs eccleſie cuſtodit auctoritas.
Octauo .n. kal. aprilis conceptus creditꝛ:
Luc. 23 quo ⁊ paſſus. Ita monumẽto nouo quo ſe-
pultus eſt: vbi nullus erat mortuoꝝ poſitꝰ
nec ante nec poſtea: cõgruit vterus virgi-
nis quo cõceptus eſt: vbi nullus ſeminatꝰ
eſt mortaliũ. Natus aũt traditꝛ octauo kal.
ianuarias. Ab illo ergo die vſqꝫ ad iſtũ cõ
putati: ducẽti ſeptuaginta ⁊ ſex reperiuntꝛ
dies: q̃ ſenariũ numerum q̃dragies ſexies
habẽt. Quo numero annoꝝ templũ edifi-
catũ ẽ: qꝛ eo numero ſenarioꝝ corpus dñi
ꝑfectũ eſt: qđ mortis paſſione deſtructũ: tri
Joh. 2 duo reſuſcitauit. Dicebat eñi hoc de tem-
plo corporis ſui: ſicut euidẽtiſſimo ⁊ robuſtiſ
ſimo euãgelij teſtimonio declaratꝛ: quo ait:
Math. 12 Sicut fuit ionas in ventre ceti tribus die-
bus ⁊ tribꝰ noctibꝰ: ſic erit ⁊ filius hoĩs in
corde terre tribus diebꝰ ⁊ tribꝰ noctibus.

De triduo quo impleto dñs reſurrexit. Ca. VI

Ipſuꝫ aũt triduũ: nõ totũ ⁊ plenũ
fuiſſe ſcriptura teſtis eſt: ſed primꝰ
dies a parte extrema totus annu-
meratꝰ eſt. Dies vͦo tertius a ꝑte ꝑma ⁊ ipẽ
totꝰ. Mediꝰ aũt inter eos: id eſt ſecundus
dies abſolute totus vigintiquattuor horis
ſuis: duodecim nocturnis: ⁊ duodecim di
urnis. Crucifixꝰ eſt eñi primo iudeoꝝ vo-
cibus hora tertia: cũ eſſet dies ſexta ſabba
ti. Deinde in ipſa cruce ſuſpẽſus hora ſex-
Mar. 15 ta: ⁊ ſpm̃ tradidit hora nona. Sepultꝰ eſt
aũt cũ iã ſero factũ eſſet: ſic ſeſe habẽt ver-
ba euãgelij: qđ intelligitꝛ in fine diei. Vñ li
cet ergo incipiaſ: etiã ſi alia ratio reddi pt:
Joh. 19 quomõ nõ ſit cõtra euãgeliũ ioãnis: vt ho
ra tertia ligno ſuſpẽſus intelligatꝛ: totũ diẽ
primũ nõ cõprehẽdis. Ergo a ꝑte extrema
totus cõputabitꝛ: ſicut tertius a ꝑte prima.
Nox eñi vſqꝫ ad diluculũ: quo dñi reſurre
ctio declarata eſt: ad tertiũ diem ꝑtinet: qꝛ
Cor. 4 deꝰ q̃ dixit de tenebris lucẽ clareſcere vt ꝑ
gratiã noui teſtamẽti ⁊ ꝑticipationẽ reſur-
Eph. 5 rectiõis xp̃i audiremꝰ. Fuiſtis eñi aliq̃n te
nebre: nũc aũt lux in dño: inſinuat nob q̃-
dãmõ q̄ a nocte dies ſumat initiũ. Sic .n.
primi dies ꝓpter futurũ hoĩs lapſuꝫ a luce
in noctẽ: ita iſti ꝓpt hoĩs reparationẽ a te-
nebris ad lucẽ cõputantꝛ. Ab hora ĝ mor-
tis vſqꝫ ad diluculum reſurrectionis: hore
ſunt quadraginta: vt ⁊ ipſa hora nona con
numeretꝛ. Cui numero cõgruit etiã vita eiꝰ
ſuꝑ terrã: poſt reſurrectionẽ in .xl. diebus.
Et eſt iſte numerꝰ frequẽtiſſimus in ſcp̃tu-
ris ad inſinuãdũ myſteriuꝫ ꝑfectiõis in q̃-
driptito mõ. Habẽt eñi quandã ꝑfectionẽ
manet. Quobrē nihil ī eo ƀm accidēs dicit'
q2 nihil ei accidit: nec tñ omne qđ dicit' ƀm
ſubſtantiā dicit'. In rebus aūt creatis atꝗ;
mutabilibꝰ qđ nō ƀm ſubſtātiā dicit': reſtat
vt ƀm accidēs dicat'. Oia eñ accidūt eis:
q̄ vel amitti poſſunt vel minui: ⁊ magnitu-
dines ⁊ q̄litates: ⁊ qđ dr̄ ad aliq̄d: ſic ami-
citie: ꝓpinquitates: ſeruitutes: ſimilitudi-
nes: equalitates: etſi q̄ hmōi: ⁊ ſitꝰ ⁊ habi-
tus. ⁊ loca ⁊ tp̄a: ⁊ op̄a atꝗ; paſſiōes.

Que in deo ad aliq̄d dicunt': nō ƀm ſubſtantiā dici: nec tñ eſſe accidētia: ſed relatiua incōmutabilia.

Capitulū. v.

In deo aūt nihil q̄dē ƀm accidens
dr̄: q2 nihil ī eo mutabile ē: nec tñ
omne qđ dr̄: ƀm ſubſtātiā dr̄. Di-
cit' eñ ad aliq̄d: ſic pater ad filiū: et filiꝰ ad
patrē: qđ nō ē accidēs: q2 ⁊ ille ſp pr̄: et ille
ſemp filiꝰ: et nō ita ſp q̄ſi ex q̄ natꝰ ē filiꝰ: vt
ex eo ꝙ nūꝗ; deſinat eſſe filiꝰ: pater nō de-
ſinat eſſe pater: ſed ex eo ꝙ ſemp natus eſt
filiꝰ: nec cepit vnꝗ; eſſe filius. Qđ ſi aliqñ
eſſe cepiſſet: aut aliqñ eē deſineret filiꝰ: ƀm
accidēs diceret'. Si v̄o qđ dicit' pat' ad ſe-
ip̄m diceret': nō ad filiū: ⁊ qđ dicit' filius ad
ſeip̄m diceret' non ad patrē: ƀm ſubſtantiā
diceret' ⁊ ille pater: ⁊ ille filiꝰ. Sed q2 ⁊ pat'
nō dicit' pr̄ niſi ex eo ꝙ ē ei filiꝰ: ⁊ filiꝰ nō dr̄
niſi ex eo ꝙ habet patrē: nō ƀm ſubſtātiā h̄
dicunt': q2 nō q̄ſꝗ; eoꝝ ad ſeip̄m ſ; ad inui-
cem atꝗ; ad alterutrū iſta dicunt': neꝗ; ƀm
accidēs: q2 ⁊ qđ dr̄ pater ⁊ qđ dicit' filius:
eternuz atꝗ; incōmutabile eſt eis. Quobrē
q̄uis diuerſū ſit patrē eſſe et filiū eſſe: nō ē
tñ diuerſa ſubſtātia: q2 hec nō ƀm ſubſtan-
tiā dicunt': ſed ƀm relatiuū: qđ tñ relatiuū
nō eſt accidēs: q2 nō ē mutabile.

An ingenitꝰ qđ pater dicit': poſſit inter illa accipi q̄ ad ſeip̄m ⁊ ſubſtātialitr dicunt'. Caplm. vi.

Si aūt huic ſic putāt reſiſtēdū eſſe
ſmoni: ꝙ pater quidē ad filiū di-
cit': ⁊ filiꝰ ad patrē: ingenitꝰ tñ ⁊ ge
nitꝰ ad ſeipſos dicūt': nō ad alterutrū. Nō
eñ hoc ē dicere ingenitū qđ ē patrē dicē:
q2 etſi filiū nō genuiſſet: nihil ꝓhiberet euz
dicere ingenitū: ⁊ ſi gignat q̄ſꝗ; filiū: nō ex
eo q̄ſꝗ; ingenitꝰ ē: q2 geniti hoīes ex alijs
hoībꝰ gignūt ⁊ ip̄i alios. Inquiūt ḡ: pat'
ad filiū dicit': ⁊ filius ad patrē. ingenitꝰ aūt
ad ſeipſum: ⁊ genitus ad ſeipſum dicit'. Et
ideo ſi quicquid ad ſeipſum dicit' ƀm ſub-
ſtantiā dicit'. Diuerſum eſt aūt ingenitum
eſſe ⁊ genitū eſſe: diuerſa igit' ſubſtātia eſt.
Hoc ſi dicūt nō intelligūt de ingenito qui-
dem aliq̄d ſe dicere qđ diligētius ꝯtractā-
dum ſit: q2 nec ideo q̄ſꝗ; pat': q2 ingenitꝰ:
nec ingenitꝰ ideo quia pater: ⁊ ꝓpterea nō
ad aliq̄d: ſed ad ſe dici putat' ingenitꝰ. Ge
nitū v̄o mira cecitate nō aduertūt dici nō
poſſe: niſi ad aliq̄d. Ideo quippe filiꝰ q2 ge
nitus: ⁊ q2 filiꝰ vtiꝗ; genitꝰ. Sicut aūt filiꝰ
ad patrē: ſic genitꝰ ad genitorē refert': ⁊ ſic
pater ad filiū: ita genitor ad genitū. Ideo
ꝗ; alia notio eſt qua intelligit' genitor: alia
qua ingenitꝰ. Nā q̄uis de p̄re deo vtrūꝗ;
dicat': illud tñ ad genitū: id eſt ad filium di
cit': qđ nec illi negant. hoc autē qđ ingeni-
tus dicit': ad ſeip̄m dici ꝓhibent. Dicūt ḡ.
Si aliq̄d ad ſeip̄m dicit' pat': qđ ad ſeip̄m
dici nō pōt filiꝰ: et quicq̄d ad ſeip̄m dr̄ ƀm
ſubſtantiā dicit': ⁊ ad ſeip̄m dicit' ingenitꝰ:
qđ dici nō pōt filiꝰ: ergo ƀm ſubantiā dicit'
ingenitꝰ. Qđ filiꝰ q2 dici nō pōt: nō ē euiſ-
dem ſubſtantie. Cui verſutie rñdet' ita: vt
ip̄i cogant' dicere ƀm q̄d ſit equalis patri fi
liꝰ: vtruz ƀm id qđ ad ſe dicit': an ƀm id qđ
ad patrē dicit'. Non eñ ƀm id qđ ad patrē
dicit': qm̄ ad patrē filius dicit'. ille aūt non
filiꝰ ſed pater ē: q2 nō ſic ad ſe dicunt' pater

⁊ filius: quomõ amici aut vicini. Relatiue quippe amicus dicit̃ ad amicũ. Et ſi equaliter ſe diligunt eadẽ in vtroq̃ʒ amicitia eſt. Et relatiue vicin⁹ dicit̃ ad vicinũ: et quia equaliter ſibi vicini ſunt. quãtũ em̃ iſte illi: tantũ ⁊ ille huic vicinat̃: eadem in vtroq̃ʒ vicinitas. Quia v̊o filius nõ ad filiũ relatiue dicit̃: ſed ad patreʒ: non ſm hoc ꝙ ad patrem dicit̃: equalis eſt filius patri: reſtat vt ſm id equalis ſit qḋ ad ſe dicitur. Quicquid autẽ ad ſe dicit̃ ſm ſubſtantiã dicit̃. Reſtat ergo vt ſcd̄m ſubſtantiã ſit equal̃. Eadem eſt igit̃ vtriuſq̃ʒ ſubſtantia. Cũ v̊o ingenitus dicit̃ pater: nõ quid ſit: ſed quid nõ ſit dicit̃. Cuʒ aũt relatiuũ negat̃: nõ ſm ſubſtantiã negatur: qꝛ ipm̄ relatiuũ nõ ſm ſubſtantiã dicit̃.

Quid in quibuſq̃ʒ locutõibus valeat negatiua particula qua aliquid non quid ſit: ſed quid non ſit oſtenditur. Capitulũ. VII.

Hoc exemplis planũ faciendũ eſt. Ac primũ videndũ eſt hoc ſignificari cum dicit̃ genitus: qḋ ſignificat̃ cum dicit̃ filius. Ideo em̃ filius: quia genitus: et qꝛ filius: vtiq̃ʒ genitus. Quod ergo dicit̃ ingenitus: hoc oſtendit̃ ꝙ nõ filius: ſed genitus ⁊ ingenit⁹ cõmode dicũtur. filius autẽ latine dicit̃: ſed infili⁹ vt dicatur nõ admittit loquẽdi cõſuetudo. Nihil tamẽ intellectui demit̃ ſi dicatur non filius: quẽadmodum etiã ſi dicat̃ non genitus ꝓ eo qḋ dicit̃ ingenit⁹ nihil aliud dicitur. Sic em̃ ⁊ vicinus ⁊ amicus relatiue dicũtur: nec tamẽ pōt inuicinus dici: quõ dicitur inimicus. Quobrem non eſt in rebus cõſiderandũ quid vel ſinat vel nõ ſinat dici vſus ſermonis noſtri: ſed quis rerũ ipaꝝ intellectus eluceat. Non ergo iam dicam⁹ ingenitum: q̃uis dici latine poſſit: ſed pro eo dicamus non genitum qḋ tantũ valet. Non ergo aliud dicimus q̃ʒ nõ filium. Negatiua porro iſta particula nõ id efficit vt qḋ ſine illa relatiua dicit̃ eadem prepoſita ſubſtãtialiter dicat̃: ſed id tm̃ negatur: qḋ ſine illa aiebat̃: ſicut ĩ ceteris p̄dicamẽtis: velut cum dicimus: homo eſt: ſubſtãtiam deſignamus. Qui ergo dicit nõ homo eſt: nõ aliud genus p̄dicamenti enunciat: ſed tm̃ illud negat. Sicut ergo ſcd̄m ſubſtantiam aio: homo eſt: ſic ſcd̄m ſubſtantiã nego cum dico: nõ homo eſt. Et cum querit̃ quãtus ſit: et aio quadrupedalis eſt: id eſt quattuor pedum: ſcd̄m quãtitateʒ aio: qui dicit non quadrupedalis eſt: quãtitatem negat. Candidus eſt: ſcd̄m qualitatẽ aio: non candidus eſt: ſcd̄m qualitatem nego. Propinquus eſt: ſcd̄m relatiuũ aio: nõ ꝓpinquus eſt: ſcd̄m relatiuum nego. Scd̄m ſitum aio: cum dico iacet: ſcd̄m ſitum nego cum dico non iacet. Scd̄m habitum aio: cum dico armatus eſt: ſcd̄m habitum nego: cum dico nõ armatus ẽ. Tantũdẽ aũt valet ſi dicam inermis eſt. Scd̄m tempus aio: cum dico heſternus eſt: ſcd̄m tempus nego: cum dico non heſternus eſt. Et cum dico rome eſt: ſcd̄m locum aio: et ſcd̄m locum nego: cum dico non rome eſt. Scd̄m id quod eſt facere aio: cũ dico cedit. ſi aũt dicam non cedit: ſcd̄m id quod eſt facere nego: vt oſtendam non hoc facere. Et cuʒ dico vapulat: ſcd̄m p̄dicamentum aio: qḋ pati vocatur: ⁊ ſcd̄m id nego: cum dico nõ vapulat. Et omnino nullũ p̄dicamenti genus eſt ſcd̄m qḋ aliquid aire volumus: niſi vt ſcd̄m idipſum p̄dicamentum negare cõuincamur: ſi ꝑponere negatiuã particulam voluerimus. Que cum ita ſint: ſi ſubſtantialiter airem: dicendo filius: ſubſtantialiter negarem: dicendo nõ filius. Quia v̊o relatiue aio: cum dico filius eſt: ad patrem refero: relatiue nego: ſi dico nõ filius eſt. Ad parentẽ enim eandem negationeʒ refero: volens oſtendere ꝙ ei parens non ſit. Atſi quãtũ valet qḋ dicit̃ fili⁹: tantũdẽ valet qḋ dicit̃ genit⁹: ſicut p̄locuti ſumus. Tantũdẽ ergo valet qḋ dicit̃ nõ genitus: quãtũ valet qḋ dicit̃ non filius. Relatiue autẽ negamus dicendo nõ filius: relatiue igit̃ negamus dicendo nõ genitus. Ingenitus porro quid eſt niſi nõ genitus? Non ergo recedit̃ a relatiuo p̄dicamento: cũ ingenitus dicit̃. Sicut enim genitus non ad ſeipſum dicit̃: ſed ꝙ ex genitore ſit: ita cum dicit̃ ingenitus: non ad ſeipm̄ dicit̃: ſed ꝙ ex genitore non ſit oſtendit̃. In eodem tm̃ p̄dicamento qḋ relatiuũ vocatur: vtraq̃ʒ ſignificatio vertit̃. Quod autẽ relatiue ꝓnunciatur: nõ indicat eſſe ſubſtantiã. Ita q̃uis diuerſum ſit genitus ⁊ ingenitus: nõ indicat diuerſaʒ ſubſtantiã: quia ſicut fili⁹ ad patreʒ: ⁊ nõ filius ad non patrẽ refert̃: ita genit⁹ ad genitorẽ: ⁊ nõ genitus ad nõ genitorẽ referat̃ neceſſe eſt.

Quod in trinitate deitatis quicq̃d ad ſe dr̃ vnaqueq̃ʒ pſona indifferẽſ atq̃ʒ cõmune ſit: ⁊ vnã ſignificet

eandēq; ſubſtantiā. ¶ Ca. VIII.

Quapropter illud p̄cipue teneam⁹
q̄cq̄d ad ſe dr̄ p̄ſtātiſſima illa diui
na ſublimitas ſubſtantialiter dici.
Qđ aūt ad aliq̄d: nō ſubſtātialiter: ſꝫ relati
ue: tantāq; vim eſſe eiuſdē ſubſtātie in pr̄e
⁊ filio ⁊ ſpūſancto: vt q̄cq̄d de ſingulis ad
ſeipos dicit: nō pluraliter: ſꝫ ſingularit̄ ac-
cipiat. Queadmodū eni pater de⁹ ē: ⁊ fili⁹
deus ē: ⁊ ſpūſſanct⁹ de⁹ ē: qđ ſm ſubſtātiā
dici nemo dubitat: nō tñ tres deos: ſꝫ vnū
deū dicim⁹: eā ip̄am p̄ſtātiſſimā trinitatē.
Ita magn⁹ pr̄: magn⁹ fili⁹: magn⁹ ſpūſſan
ctus. nō tñ tres magni: ſꝫ vnus magn⁹. Nō
eñ de pr̄e ſolo: ſic illi ꝑuerſe ſentiūt: ſꝫ de pa
tre ⁊ filio ⁊ ſpūſancto ſcriptū ē: Tu es deus
ſolus magn⁹. ⁊ bon⁹ pater: bonus fili⁹: bo-
nus ⁊ ſpūſſanct⁹. nec tres boni: ſꝫ vn⁹ ē bo
Math. 19 nus: de quo dictū ē. Nemo bon⁹ niſi ſolus
deus. Eteni dñs Jeſus ne ab illo q̄ dixerat
magiſter bone: tanq̄ hoiem cōpellans: ſm
hoiem tm̄mō intelligeret. ideo nō ait: Ne-
mo bon⁹ niſi ſolus pater: ſꝫ nemo bon⁹ niſi
ſolus de⁹. In patris eni noīe: ip̄e p ſe pater
ꝓnūciat. In dei vo ⁊ ip̄e ⁊ fili⁹ ⁊ ſpūſſanct⁹
q̄ trinitas vn⁹ de⁹. Situs vo ⁊ habit⁹ ⁊ lo-
ca ⁊ tp̄a: nō ꝓprie ſꝫ trāſlate ac ꝑ ſilitudines
Ps. 79 dicunt in deo. Nam ⁊ ſedere ſup cherubin
Ps. 103 dicit: qđ ad ſitū dicit. Et abyſſum tāq; ve
Ibidē. 101 ſtimentū amict⁹: qđ ad habitū. Et anni tui
Ibidē. 138 nō deficiēt: qđ ad tp̄us. Et ſi aſcēdero i ce
lū tu ibi es: qđ ad locū. Qđ aūt ad facien-
dū attinet: fortaſſis đ ſolo deo veriſſime di-
cat. Solus eñ deus facit ⁊ ip̄e nō fit: neq;
patit q̄ntū ad ei⁹ ſubſtantiā ꝑtinet q̄ de⁹ eſt.
Itaq; omnipotēs pater: omnipotēs filius:
omnipotēs ſpūſſanct⁹: nec tñ tres omnipo
Roma. ij tētes: ſꝫ vnus omnipotēs: Ex quo oia: per
quē oia: in q̄ oia: ipſi gloria. Quicq̄d ḡ ad
ſeip̄m dicit de⁹: ⁊ de ſingulis ꝑſonis ſingu-
lariter dicit: id eſt de patre ⁊ filio ⁊ ſpū ſan-
cto: ⁊ ſimul de ip̄a trinitate: nō pluralit̄ ſed
ſingularit̄ dicit. Qm̄ quippe nō aliđ ē deo
eſſe: ⁊ aliud magnū eſſe: ſꝫ hoc idē illi ē: ⁊ eē
⁊ magnū eſſe. Propterea ſicut non dicim⁹
tres eſſentias: ſic nō dicim⁹ tres magnitu-
dines: ſꝫ vnā eſſentiā et vnā magnitudinē.
Eſſentiā dico: q̄ vſia grece dicit: quā vſita
tius ſubſtantiā vocam⁹. Dicūt quidē ⁊ illi
hypoſtaſim: ſꝫ neſcio q̄d volūt int̄eſſe inter
vſiā et hypoſtaſim: ita vt pleriq; noſtruꝫ q̄
h̄ greco tractāt eloq̄o dicere conſueuerūt:
μιαμ ουσιαμ τριϲ υποϲαϲιαϲ: qđ eſt
latine vnam eſſentiā tres ſubſtātias.

¶ Qua neceſſitate tres ꝑſone i tri-
nitate dicant. ¶ Capitulū. IX.

Sed q̄ nr̄a loq̄ndi ꝯſuetudo iā ob
tinuit: vt hoc intelligat cū dicim⁹
eſſentiā: qđ intelligit cū dicim⁹ ſb-
ſtantiā: nō audem⁹ dicere vnā eſſentiā tres
ſbſtātias: ſꝫ vnā eſſentiā vel ſubſtātiā: tres
aūt ꝑſonas. Queadmodū multi latini iſta
tractātes ⁊ digni auctoritate dixerūt: cum
aliū modū aptiorē nō inuenirēt q̄ enūcia-
rent vbis qđ ſine verbis intelligebāt. Re-
uera eñ cū pat̄ nō ſit fili⁹: ⁊ fili⁹ nō ſit pat̄:
⁊ ſpūſſanct⁹ ille q̄ etiā donū dei vocat: nec
pr̄ ſit nec fili⁹: tres vtiq; ſūt. Ideoq; plura
liter dictū ē: Ego ⁊ pr̄ vnū ſum⁹. Nō .n. di Ioh. 10
xit: vnū ē: qđ ſabelliani dicūt: ſꝫ vnū ſum⁹.
Tamē cū q̄rit q̄d tres: magna ꝓrſus iopia
hūanū laborat eloquiū. Dictū ē tamē tres
ꝑſone: nō vt illud diceret: ſꝫ ne taceret.

¶ De vera magnitudine cui⁹ ꝑtici
patione ſunt magna quecūq; ma-
gna. ¶ Capitulū. X.

Sicut ḡ nō dicimus tres eſſentias.
ita nō dicim⁹ tres magnitudines:
neq; tres magnos. In rebus eñ q̄
ꝑticipatione magnitudinis magne ſunt: q̄
bus ē aliud eſſe: aliud magnas eſſe: ſic ma-
gna dom⁹: ⁊ magn⁹ mōs: et magn⁹ anim⁹.
In his ḡ rebus aliud ē magnitudo: aliud
qđ ab ea magnitudine magnū eſt: ⁊ ꝓrſus
nō hoc ē magnitudo qđ eſt magna dom⁹.
Sed illa eſt vera magnitudo qua non ſolū
magna eſt domus q̄ magna eſt: ⁊ qua ma-
gnus ē mons quiſq̄s magn⁹ ē: ſed etiā qua
magnū ē q̄cq̄d aliud magnū dicit: vt aliđ
ſit ip̄a magnitudo: aliđ ea q̄ ab illa magna
dicunt. Que magnitudo vtiq; ꝑmit⁹ ma-
gna eſt: multoq; excellenti⁹ q̄ ea que ꝑtici
patione eius magna ſunt. Deus aūt q̄ nō
ea magnitudine magn⁹ eſt q̄ nō eſt qđ ip̄e:
vt q̄ſi ꝑticeps ei⁹ ſit deus cū magn⁹ ē: alio-
q̄n illa erit maior magnitudo q̄ deus. deo
aūt nō ē aliq̄d mai⁹. Ea igit magnitudine
magn⁹ eſt q̄ ip̄e ē eadē magnitudo. Et ideo
ſic ñ dicim⁹ tres eēntias: ſic nec tres magni
tudies. h̄ ē eñ deo eē qđ magnū eē. Eadē
cā nec magnos tres dicim⁹: ſꝫ vnū magnū:
q̄ ñ ꝑticipatiōe magnitudis de⁹ magn⁹ ē: ſꝫ
ſeip̄o magno magn⁹ ē: q̄ ip̄e ſua ē magni-
tudo. Hoc ⁊ de bonitate: ⁊ đ eternitate: ⁊ đ
oipotētia dei dictū ſit: oibuſq; oino p̄dica
mentis que de deo pñt ꝓnūciari: qđ ad ſe-
ip̄m dicit: ñ trāſlate ac ꝑ ſilitudinē ſꝫ ꝓprie:
ſi tñ de illo ꝓprie aliq̄d dici ore homis pōt.

¶ Relatiue nō ſubſtātialiter dici: quicq̄d aut pater: aut filiꝰ: aut ſpirituſſanctus proprie nominat.

¶ Capitulū .xi.

Quod aūt ꝓprie ſingula in eadē tri
nitate dicunt: nullo mō ad ſeipſa:
ſ3 ad inuicē: aut ad creaturā dicūt
⁊ ideo relatiue nō ſubſtātialiter ea dici ma
nifeſtū ē. Sic eni trinitas vnꝰ deꝰ dicit: ma
gnꝰ: bonꝰ: eternꝰ: omipotēs: ideoq̄ ipē ſic
ſua dici pōt deitas: ipē ſua magnitudo: ipē
ſua bonitas: ipē ſua eternitas: ipē ſua om
nipotētia. Non ſic pōt dici trinitas pr̄: niſi
forte tranſlate ad creaturā ꝓpter adoptio
nē filioꝝ. Qḋ eni ſcriptum eſt: Audi iſrael ...ero.6
dn̄s deus tuus: deꝰ vnus ē: nō vtiq̄ exce
pto filio: aut excepto ſpū ſancto oportet in
telligi quē vnū dn̄m deū noſtrū recte dici
mus: etiā patrē noſtrū p gratiā ſuā nos re
generantē. Trinitas autē filiꝰ nullo modo
dici pōt. Spūs vō ſanctꝰ ſm ꝙ ſcriptū eſt:
Ioh.4 Qm̄ deus ſpiritus ē: pōt quidē vniuerſa
liter dici: q2 ⁊ pater ſpūs: ⁊ filiꝰ ſpūs: ⁊ pat
ſanctꝰ: ⁊ filiꝰ ſanctꝰ. Itaq̄ pater ⁊ filiꝰ ⁊ ſpi
rituſſanctꝰ: qm̄ vnꝰ deus: ⁊ vtiq̄ deꝰ ſanctꝰ
eſt: ⁊ deus ſpūs eſt: pōt appellari trinitas ⁊
ſpūſſanctus. Sed tn̄ ille ſpūſſanctus q̄ nō
trinitas: ſed in trinitate intelligit: in eo ꝙ
ꝓprie dicit ſpūſſanctꝰ relatiue dicit: cum ⁊
ad patrem ⁊ ad filiū refert: q2 ſpūſſanctus
⁊ patris ⁊ filij ſpiritꝰ eſt: ſed ipa relatio non
apparet in hoc nomie: apparet aūt cum di
cit: donū dei. Donū eni eſt patris ⁊ filij: q2
Ioh.15 ⁊ a patre ꝓcedit: ſicͭ dn̄s dicit: Et qḋ apl's
Roma.8 ait: Qui ſpm̄ chriſti non habet: hic non eſt
eiꝰ: de ipſo vtiq̄ ſancto ſpiritu ait. Donū ḡ
donatoris: ⁊ donator doni: cū dicimꝰ: rela
tiue vtrūq̄ ad inuicē dicimꝰ. Ergo ſpiritꝰ
ſanctꝰ ineffabilis ē quedā patris filijq̄ cō
munio: ⁊ ideo fortaſſe ſic appellat: q2 patri
⁊ filio pōt eadē appellatio cōuenire. Nam
hoc ipſe ꝓprie dicit: qḋ illi cōmuniter: q2 ⁊
pater ſpūs: ⁊ filiꝰ ſpiritꝰ: ⁊ pater ſanctꝰ: ⁊ fi
lius ſanctꝰ. Ut ḡ ex nōie qḋ vtriq̄ cōue
nit: vtriuſq̄ cōmunio ſignificet: vocat do
nū amboꝝ ſpūſſanctꝰ. Et hec trinitas vnꝰ
deus: deꝰ ſolus: bonꝰ: magnꝰ: eternus: om
nipotens. Ipē ſibi vnitas: deitas: magni
tudo: bonitas: omnipotētia.

¶ De relatiuis que referri ad inuicem nequeūt cum tn̄ relatiua ſunt.

¶ Capitulū .xii.

Nec mouere debet: qm̄ diximꝰ rela
tiue dici ſpm̄ſanctū: nō ipſā trini
tatē: ſed eum qui ē in trinitate: quia non ei
videt viciſſim reſpōdere vocabulū eiꝰ ad
quē refert. Nō eni ſicut dicimꝰ: ſeruū dn̄i ⁊
dn̄m ſerui: filiū patris ⁊ patrē filij: quoniā
iſta relatiue dicunt: ita etiā hic poſſumꝰ di
cere. Dicimꝰ eni ſpm̄ ſanctū patris: ſed nō
viciſſim dicimꝰ patrē ſpūſſancti: ne filiꝰ eiꝰ
intelligat ſpūſſanctꝰ. Itē dicimꝰ ſpiritū ſan
ctū filij: ſ3 nō dicimꝰ filiū ſpūſſancti: ne pa
ter eiꝰ intelligat ſpūſſanctꝰ. In multis eni
relatiuis hoc ꝯtingit: vt nō inueniat voca
bulū q̄ ſibi viciſſim reſpondeant que ad ſe
referunt. Quid eni tam manifeſte relatiue
dicit ꝙ pignus? Ad id quippe refert pignꝰ
cuius eſt pignus: ⁊ ſemp pignus alicuꝰ rei
pignꝰ eſt. Non ergo cum dicimꝰ pignꝰ pa
tris ⁊ filij: poſſumꝰ viciſſim dicere: patrem
pignoris aut filium pignoris. At vō cum
dicimus: donum patris et filij: non quidē
dicere poſſumus patrē doni: aut filium do
ni: ſed vt hec ſibi viciſſim reſpōdeant: dici
mus donū donatoris: ⁊ donatorē doni: q2
hic potuit inueniri vſitatū vocabulū: illic
non potuit.

¶ Trinitatē deū: nō tria principia ſed vnū eſſe principiū: q2 ⁊ pater ⁊ filiꝰ ⁊ ſpūſſanctꝰ vnꝰ creator ē ſicut vnus dn̄s. ¶ Capitulū .xiii.

Dicit ergo relatiue pater: ideoq̄ re
latiue dicit pͥncipiū: etſi quid for
te aliud: ſed pater ad filium dicit:
principiū vō ad omnia q̄ ab ipō ſunt. Itē
dicit relatiue filius: relatiue dicit ⁊ verbu3
et imago. Et in omnibꝰ his vocabulis ad
patrē refert. Nihil aūt hoꝝ pater dicit. Et
principiū dicit filius: cū eni diceret ei: Tu
q̄s es: reſpondit: pͥncipiū qui ⁊ loquor vo Ioh.8
bis. Sed nūquid patris principiū? Crea
torem ſe quippe oſtēdere voluit: cū ſe dixit
eſſe principiū: ſicut ⁊ pater principiū ē cre
ature: eo ꝙ ab ipō ſunt omnia. Nā ⁊ crea
tor relatiue dicit ad creaturā: ſicut dn̄s ad
ſeruū. Et ideo cū dicimꝰ et patrē principiū
⁊ filium principiū: nō duo principia crea
ture dicimꝰ: q2 et pater et filiꝰ ſimul ad cre
aturā vnū principiū eſt: ſicut vnꝰ creator:
ſicut vnꝰ deus. Si aūt quicq̄d in ſe manet
et gignit aliq̄d vel opat: principiū eſt ei rei
quā gignit: vel ei quā opat: nō poſſumꝰ ne
gare etiā ſpiritū ſanctū recte dici pͥncipiū:
q2 nō eū ſepamus ab appellatione creato
ris. Et ſcriptum eſt de illo quod operetur:
et in ſe vtiq̄ manens operatur. Non enim
in aliquid eorum que operatur: ipē mutat

j.Cor.j2 et vertiꝛ. Et q̄ opaꝛ: vide aplm̄: Unicuiq̄
aūt inq̄t daꝛ manifestatio spiritꝰ ad vtilita-
tē: Alij quidē daꝛ ꝑ spiritū sermo sapiētie:
alij sermo scientie: ꝺm eūdē spiritū: Alte-
ri aūt fides in eodē spiritu: alij donatio cu-
rationū in vno spiritu: alij opatio virtutū:
alij ꝓphetia: alij iudicatio spirituū: alij ge-
nera linguarū. Omnia aūt hec opaꝛ vnus
atq̄ idē spūs: diuidēs ꝓpria vnicuiq̄ ꝓut
vult: vtiq̄ sicut deus. Quis enī tanta illa
pōt opari nisi deꝰ: Idē aūt deꝰ q̄ opaꝛ om-
nia in omnibꝰ. Nā ⁊ sigillatim si interroge-
mur de spūsancto: verissime respondemꝰ:
q̄ deus sit: ⁊ cū patre ⁊ filio simul vnꝰ deus
est. Unū ergo principiū ad creaturā dicꝛ
deꝰ: nō duo vel tria ꝓncipia.

¶ Quō in trinitate: et pater ad filium principiū sit: et pater ⁊ filius ad spiritūsanctū. Caplm̄. xiiii.

Ad se aūt inuicē ī trinitate si gignēs
ad id qð gigniꝛ ꝓncipiū est: pater
ad filiū principiū est: q̄ꝛ gignit eū.
Utrū autē ⁊ ad spiritūsanctū principiū sit
Joh.j5 paꝛ: qm̄ dictū est: de patre ꝓcedit: nō par-
ua questio est. Quia si ita est: nō iam ꝓnci-
piū ei tantū rei erit quā gignit aut facit: sed
etiā ei quā dat. Ubi ⁊ illud elucescit: vtpo-
te: qð solet multos mouere: cur nō sit filius
etiā spūsanctus: cum et ipe a patre exeat:
Joh.j6 sicut in euāgelio legiꝛ. Exijt eīm nō quō na-
tus: sed quō datus: ⁊ ideo non dicꝛ filius
q̄ꝛ neq̄ natus est sicut vnigenitus: neq̄ fa-
ctus vt ꝑ dei gratiā in adoptionē nascereꝛ:
sicuti nos. Qð enī de patre natū est: ad pa-
trē solum referꝛ: cū dicitur filius: ⁊ ideo fi-
lius patris est: ⁊ nō noster. Qð aūt datum
est ⁊ ad eum qui dedit referꝛ: ⁊ ad eos qui-
bus dedit. Itaq̄ spūsanctus: nō tm̄ patris
⁊ filij qui dederūt: sed etiā noster dicꝛ qui
accepimꝰ. Sicut dicꝛ dn̄i salus qui dat sa-
lutē: eadē etiā nostra salus est qui accepi-
mus. Spūs ergo ⁊ dei est q̄ dedit: ⁊ noster
q̄ accepimus. Nō ille spūs noster q̄ sumꝰ:
j.Cor.2 q̄ꝛ ipe spūs est hōis q̄ in ipso est: sed alio
Math.6 modo iste noster est quo dicimꝰ: ⁊ panē no-
strū da nobis: quāq̄ ⁊ illū spiritū q̄ hōis
j.Cor.4 dicꝛ: vtiq̄ accepimꝰ. Quid eīm habes in-
quit aplꝰs: qð nō accepisti: Sed aliud est
qð accepimꝰ vt essemꝰ: aliud quod accepi-
mus vt sancti essemus. Un̄ scriptū est ⁊ de
Luc.j Joanne: q̄ ī spiritu ⁊ virtute helie veniret:
dictus ē helie spūs: scꝫ spūsanctꝰ quē acce-
pit helias: hoc et de moyse intelligendū ē:
Numeri.jj cum aūt ei dn̄s: Tollā de spiritu tuo: ⁊ da-
bo eis: hoc est: dabo illis de spiritusancto
quē iam tibi dedi. Si ergo ⁊ qð daꝛ: prin-
cipiū habet eū a quo daꝛ: q̄ꝛ nō aliūde ac-
cepit illud qð ab ipō ꝓcedit: fatendum est
patrē ⁊ filiū principiū eē spiritussancti: nō
duo principia. Sꝫ sicut pater ⁊ filius vnꝰ
deus: ⁊ ad creaturā relatiue vnus creator
⁊ vnꝰ dominꝰ: sic relatiue ad spiritūsanctū
vnū ꝓncipiū. Ad creaturā vō pater ⁊ filiꝰ
⁊ spiritussanctꝰ vnum principiū: sicut vnꝰ
creator ⁊ vnus dominꝰ.

¶ Quō in spūsancto etiam anteq̄ dareꝛ: possit doni nomē intelligi: vt ei semꝑ nō aliud fuerit donū esse q̄ ipum esse. ¶ Caplm̄. xv.

Nterius aūt queriꝛ: vtrū queadmodū filiꝰ nō hoc tm̄ habet nascē-
do vt filius sit: sed oīno vt sit: sic ⁊
spūsanctus eo quo daꝛ habeat: nō tm̄ vt
donū sit: sed oīno vt sit: Utrum ergo erat
anteq̄ dareꝛ: sed nōdum erat donū: an eo
ipso quo daturus erat eum deus: iam do-
nū erat ⁊ anteq̄ dareꝛ: Sꝫ si nō ꝓcedit ni-
si cum daꝛ: nec ꝓcederet vtiq̄ priusq̄ esset
cui daretur: quō iam erat ipa substantia: si
nō est nisi q̄ꝛ datur: sicut filius nō tantū vt
sit filius quod relatiue dicꝛ: sed oīno vt sit
ipsam substantiā nascēdo habet: An semꝑ
ꝓcedit spūsanctus ⁊ nō ex tpe: sed ab eter-
nitate ꝓcedit. Sed q̄ꝛ sic ꝓcedebat vt esse
donabile iam donū erat: et anteq̄ esset cui
dareꝛ. Aliter eīm intelligiꝛ cū dicꝛ donū:
aliter cum dicitur donatū. Nam donū pōt
esse ⁊ anteq̄ deꝛ: donatū aūt nisi datū fue-
rit: nullo mō dici potest.

¶ De appellatiōibꝰ relatiuis que nō ad deū: ſ ad creaturā referende sūt: qm̄ deo nihil accidit. ¶ Ca. xvi.

Ec moueat q̄ spūsanctꝰ cū sit co-
eternꝰ prī et filio: dicꝛ tm̄ aliqd ex
tpe: veluti h̄ ipm̄ qð donatū diximus.
Nā sempitͤne spūs donū: tpalr̄ autē
donatū. Nā etsi dn̄s nō dicꝛ: nisi cū iā ha-
bere incipit seruū: etiā ista appellatio relati-
ua ex tpe ē deo. Nō eīm sempitͤna creatura
est: cuiꝰ ē ille dn̄s. Quō ḡ obtinebimꝰ nec
ipa relatiua eē accidētia: qm̄ nihil accidit
deo tpalr̄: q̄ꝛ nō ē mutabilis: sicͭ in exordio
huiꝰ disputationis tractauimꝰ. Ecce dn̄m
esse nō sempitͤnū habet: ne cogamur etiam
sempiternā creaturā dicere: q̄ꝛ ille sempiter-
ne nō dn̄areꝛ: nisi etiā ista sempiterne famu-
lareꝛ. Sicut autē nō potest esse seruus qui
nō habet dn̄m: sic nec dn̄s qui non habet

seruū Et quisq̄ extiterit qui etiā̄ cōlē de
ū solū dicat: tp̄a aūt nō esse etiā ꝓpter va
rietatē ꞇ mutabilitatē: sed tp̄a tamē nō i
tp̄e esse cepisse Non enī erat tempꝰ anteq̄ in
ciperet tempora: ꞇ ideo nō in tp̄a accidit deo
vt dn̄s esset q̄a ipoꝝ tēpoꝝ dn̄s erat: que
vtiq̄ nō in tp̄e esse ceperūt: qͥd respōdebit
de hoīe qui in tp̄e fctus ē: cuiꝰ vtiq̄ dn̄s
non erat anteq̄ esset cuiꝰ esset; Certe vel
vt dn̄s hoīs esset ex tp̄e accidit deo Et vt
oīs auferri videatur ꝯtrouersia: certe vt
tuus dn̄s esset aut meꝰ: q̄ modo esse cepi
mus ex tp̄e accidit deo Aut si ꞇ hoc ꝓpter ob
scurā questionē aīe videt̄ incertū: qͥd vt
esset dn̄s populi isrł Quā̄ ꞇ si iam erat
aīe natura quā ille populus hēbat: quod
modo non querimꝰ: tn̄ ille populus nondū
erat ꞇ qn̄ esse cepit apparet Postremo acci
dit quem modo esse ceperit vt dn̄s esset huiꝰ
arboris ꞇ huiꝰ segetis ex tp̄e accidit: que
modo esse cepert Quā̄ ꞇ si materies ip̄a
iam erat: aliud ē tn̄ dn̄z esse materie: ali
ud dn̄z iam facte nature Alio enī tp̄e ē eci
am hō dn̄s ligni: ꞇ alio tp̄e dn̄s ē arce: q̄
uis ex ip̄o ligno fabricate: qͥd vtiq̄ nō e
rat: ꞇ cū ligni dn̄s iam esset Quō igit̄ ob
tinebimꝰ nichil scd̄m accidens dici deum:
nisi q̄a ip̄ius nature nichil accidit q̄ mu
tetur: vt ea sint accidēcia relatiua: que
cū aliqua mutacōe rerū de quibus dicūt̄
accidūt Sicut amicus relatiue dicit̄: neq̄
enī esse incipit: nisi cū amare ceperit Fit
g̊ aliqua mutacio voluntatis vt amicꝰ di
catur Nūmus cū dicit̄ preciū relatiue dicit̄
nec tn̄ mutatꝰ ē cum esse cepit preciū: ne
q̄ cū dicit̄ pignꝰ: ꞇ si qua sūt similia Si
g̊ nūmꝰ pōt nulla sui mutacōe multo ci
ens dici relatiue. vt neq̄ cū incipit dici:
neq̄ cū desinit: aliqͥd in eiꝰ natura vel for
ma qua nūmꝰ ē mutacōis fiat: quan
to facilius de illa in ꝯmutabili dei substācia
debemꝰ accipe: vt ita dicat̄ relatiue aliquit
ad creaturā: vt quāuis tp̄aliť incipiat di
ci: nō tn̄ ip̄i substancie dei accidisse aliqͥd
89· itligat̄: s; illi creature ad quā dicit̄ Dn̄e igitur
refugiū fctus es nb̄ Refugiū g̊ nr̄m deꝰ re
latiue dr̄. ad nos enī refert̄ Et tūc refugiū
nr̄m fit: cū ad eū refugimꝰ Aliqͥd fit tunc
aliqͥd ī eiꝰ natura: qͥd anteq̄ ad eū refugeremꝰ
n̄ erat In nb̄ g̊ fit aliq̄ mutacio Deteriores enī
fuimꝰ anteq̄ ad eū refugeremꝰ: ꞇ efficimur ad eū
refugiēdo meliores ī illo at nō Sic ꞇ pr̄ nr̄
4· eē incipit̄. cū p̄ eiꝰ grāz regeneramur: quoniā
dedit nb̄ ptātem filios dei fieri Substancia

itaq̄ nr̄a mutat̄ in melius: cū filij eiꝰ effi
cimur: sił et ille pater noster esse incipit:
s; nulla mutacōe sue substancie Qd̄ ergo
tp̄aliť dici incipit deus qͥd antea nō dicebat:
manifestū est relatiue dicē: nō tn̄ scd̄m acci
dens dei qͥ ei aliqͥd acciderit: sed plane scd̄m
accidēs eiꝰ: ad qͥd dici aliquit deus incipit r̄
latiue Et qͥ amicus dei iustus esse incipit:
ip̄e mutatur Deus aūt absit vt tp̄aliter
aliquē diligat: quasi noua dileccōe q̄ in il
lo ante nō erat: apud quē nec p̄terita tran
sierūt: ꞇ futura iam fcā sūt Itaq̄ oēs scōs
suos ante mūdi ꝯstitucionē dilexit sicut p̄
destinauit Sed cū ꝯuertuntur ꞇ inueniunt il
lum: incipere ab illo diligi dicuntur: vt eo mō
dicatur quo pōt humano affectu capi qͥd
dicatur Sic eciā cū iratꝰ malis dicit̄: ꞇ plac
dus bonis: illi mutantur: non ip̄e Sicut
lux infirmis oculis aspera: firmis lenis
est: ip̄orū scilicet mutacione non sua:

Explicit liber qͥntus

Incipiūt capitula libri sexti

i· De eo qͥd ap̄lus ait: xp̄m dei virtu
tem ꞇ dei sapienciam
ij· De pr̄e ꞇ filio hoc solū nō dici illud
de illo qͥd nō ambo simul sūt Deus
enī de deo: bonus de bono: virtus de
virtute qͥ simul sunt recte dicit̄: pa
ter aūt de pr̄e: aut filiꝰ de filio qͥ
nō ambo simul sūt: non pōt dici
iij De vnitate filij cū patre ꞇ nr̄a inui
cem nobiscum
iiij Pares in quacūq̄ virtute nō posse
ī ceteris esse dissimiles: ac si h̄ equitas ī
animis reperit̄ humanis: multo incōpa
bilius eam manē in incōmutabili et
naq̄ substancia qͥd ē deus trinitas
v De spūssancti vnitate cū pr̄e ꞇ filio
vi De natura corporea ꞇ creatura spūali:
qͥ simplices non sint: quia nec
incommutabiles
vij De simplici ꞇ incōmutabili essencia
dei: quāuis multiplicat scd̄m sub
stanciā nominetur
viij Trinitatem deitatis nullo mō triplicē
esse dicendā: qz nec tria ibi plus sūt
q̄ vnū: nec vnū minꝰ q̄ tria
ix De solo vero deo pr̄e ꞇ filio ꞇ spiri
tuscō
x De sentencia sancti hylarij qua int̄
nitate p̄sonaꝝ ꝓprietatem intelligi
tur demonstrasse

De eo quod aplus ait xpm dei v
tutem et dei sapienciam. Ca. j.

Equalitatē pr̄is et filij et spi
ritussancti putant nonnulli
ex hoc impediri q° minꝰ itel
ligatur: q̄a scriptū est: xpm̄
j. Cor. j dei virtutē et dei sapieciā: vt
ideo non videatur equalitas: quia nō est
pater ipē virtus et sapiēcia: sed genitor
virtutis et sapie. Et revera non mediocri
intencōē queri solet: quō dicat deꝰ virtu
Vbi s tis et sapie pr̄. Ait enī aplus: xpm dei vir
tutem et dei sapiam. Et hinc nonnulli nrī
adūsum arrianos hoc mō raciocinati sūt:
eos dūtaxat qui p̄us se adūsūs katholicā
fidem extulerūt. Nā ipē arrius dixisse fert̄: Si
filiꝰ est: natꝰ ē: si natꝰ ē erat tp̄s qn̄ non
erat filiꝰ: nō intelligēs etiā natum esse deo
sempiternū esse: vt sit coeternꝰ pr̄i filiꝰ. si
cut splendor q̄ gignit̄ ab igne atq3 diffū
ditur: coevꝰ ē illi: et esset coetnꝰ: si ess3 ig
nis eternus. Vn̄ quidam posteriores arrig
ni abiecerūt istā sentenciā: fassiq3 sūt: no
ex tp̄e cepisse filiū dei. Sed inter disputa
ciōēs q̄s habebāt nrī ad ūsus eos q̄ dice
bāt: erat tēpus qn̄ non erat filiꝰ. hāc etiā
Vbi s nonnulli raciocinacōm inserebāt. Si dei filiꝰ
virtus et sapia dei ē. nec vnq̄ deus sine v
tute et sine sapiā fuit: coeternꝰ ē deo patri
Vbi s filiꝰ. Dicit aūt aplus: xpm̄ dei virtutē et dei
sapiam. Et deū aliqn̄ non habuisse vtutem
aut sapiā: demētis ē dicē. Non igit̄ erat
tp̄us qn̄ nō erat filiꝰ. Que raciocinacio eo
id agit: ut dicamus deū pr̄em non esse sa
pientem: nisi habendo sapienciā quā ge
nuit: non existendo p se pater ipsa sapi
encia. Deinde si ita est: filius quoq3 ipē
sicut dicit̄ deus de deo: lumē de lumine:
videndū est vtrū possit sapiencia de sapi
encia dici: si nō est deus pr̄ ipā sapiēcia:
sed tm̄ genitor sapiencie. Quod si tenemus:
cur nō et magnitudinis sue. et bonitatis:
et eternitatis et omnipotencie sue genera
tor sit: vt non ipē sit sua magnitudo: et
sua bonitas: et sua eternitas: et sua omnī
potencia: sed ea magnitudine magnus
sit quam genuit: et ea bonitate bonus:
et ea eternitate eternus: et ea omnipote
cia omnipotens que de illo nata est: si
cut non ipē sua sapiencia est: sed ea sa
piēcia sapiens est que de illo nata est.
Nam illud non est formidandū ne co
gamur multos filios dei dicē: preter ado
pcionē creature coeternos pr̄i: si magni
tudinis sue genitor ē et bonitatis: et eter
nitatis: et omnipotēcie. Huic enī calūnie
facile rn̄detur: sic nō efficj: q̄a multa no
minata sūt: vt ille multoꝝ filioꝝ coeter
noꝝ sit pr̄: quemadmodū non efficitur:
vt duoꝝ sit: cū dicatur xp̄us dei virtus.
et dei sapiā. Eadem quippe vtus que et sa
piēcia: et eadē sapiencia que virtus ē. Ita
ne igitur etiā de ceteris: vt eadē sit ma
gnitudo que virtus: et si qua alia: q̄
vel sisupra commemorata sūt: vel cō
memorari adhuc possunt.

**De pr̄e et filio hoc solum non
dici illud de illo quod nō ambo
simul sunt. Deus enī de deo: bo
nus de bono: virtus de virtu
te: quod simul sunt recte dicit̄
pater aut de patre: aut filius
de filio quod non ambo simul
sunt non potest dici.** Ca. ij.

Sed si non dicitur in seipō: nisi qd̄
ad filiū dicit̄. ie est pr̄: vel genitor:
vel principiū eꝰ. Si etiā gignens
ei qd̄ de se gignit: q̄sequēter principiū ē
Quicqd̄ aliud dr̄: cū filio dicit̄: vel potꝰ ī fili
o: sive magnꝰ ea magnitudine quā genu
it: sive iustus ea iusticia quā genuit: sive
bonꝰ ea bonitate quā genuit: sive potens
ea potēcia vel vtute quā genuit: sive sapi
ens ea sapiā quā genuit. Magnitudo aut
ipā: nō dicit̄ pr̄ sed magnitudinis genera
tor. Filiꝰ vō sicut in seipō dicit̄ filiꝰ: qd̄ nō
cū pr̄e dicit̄: sed ad patrē: nō sic et ī seipō
magnꝰ: s3 cū pr̄e cuiꝰ ipē magnitudo est.
Sic et sapiēs cū pr̄e dicit̄ cuiꝰ ipē sapia ē: sic
ille sapiēs cū filio: q̄a ea sapia sapiēs ē quā
genuit. Quicqd̄ g° ad se dicit̄: nō dicit̄ alt̄
sine altero: id est qd̄ dicit̄ qd̄ substāciā
eoꝝ ostendat: ambo simul dicūtur. Si ergo
ita sunt: iam ergo nec deus est pr̄ sine fi
lio: nec filius deus sine patre: sed simul
deus. Et quod dictū est: In principio erat
verbū: in pr̄e erat verbū: intelligitur. Aut
si in principio sic dictū est. ac si diceret̄.
an̄ oīa quod sequitur: et verbū erat a
pud deū. Verbū quidē solus filiꝰ accipi
tur: nō sil' pr̄ et filiꝰ: tamq̄ vnū verbū.
Sic enī verbū quō imago. Nō aūt pr̄ et
filiꝰ simul ambo imago: sed filius solꝰ
imago pr̄is: quēadmodū et filiꝰ: non
enī ambo simul filius. Quod vero ad
iūgitur: et verbū erat apud deū: multū
est vt sic intelligatur: verbum quod
solus est filius: erat apud deum

deū qꝺ nō ſolus ē pater: ſed pater et filius
ſimul deꝰ. Sed qꝺ mirū: ſi in duabus qui-
buſdā rebꝰ lōge inť ſe diuerſis pōt h̄ dici:
Quid eni tā diuerſuꝫ: ꝙ̄ animꝰ et corpus:
Pōt tn̄ dici: animꝰ erat apud hoīem: id eſt
ī homīe: cū animꝰ nō ſit corpꝰ. Nō aūt ani
mꝰ ſil' ⁊ corpꝰ ſit. Ut etiā qꝺ ꝯſequeť ſcptū
Joh.j ē: Et deꝰ erat v̄bū: ſic intelligať: verbū qꝺ
nō eſt pater: deus erat ſimul cū patre. Ita
ne ergo dicimꝰ vt pater ſit generatoꝛ ma-
gnitudinis: hoc ē generatoꝛ virtutis: vl' ge
neratoꝛ ſapientie ſue. filiꝰ aūt magnitudo:
virtꝰ: ⁊ ſapiētia: deus v̄o magnꝰ: oīpotēs:
ſapiens ambo ſimul: Quō ḡ deꝰ de deo:
lumē de lumine: Nō eni ſimul ambo deus
de deo: ſ; ſolꝰ filiꝰ de deo: ſcꝫ pr̄e. Nec am-
bo ſimul lumē de lumine: ſ; ſolus filiꝰ de lu
mine pr̄e. Niſi forte ad inſinuandū ⁊ bre-
uiſſime inculcāduꝫ ꝙ coeternꝰ ē patri filiꝰ:
ita dictū ē deꝰ de deo: ⁊ lumē de lumīe: ⁊ ſi
qꝺ hoc mō diciť: ac ſi diceret: h̄ qꝺ non eſt
filiꝰ ſine pr̄e: de hoc qꝺ nō ē pr̄ ſine filio: id
eſt h̄ lumē qꝺ lumē nō ē ſine patre: de h̄ lu-
mine patre qꝺ lumē nō ē ſine filio: vt cū di
ciť deꝰ qꝺ nō eſt filiꝰ ſine pr̄e: eſt de deo qꝺ
nō ē pr̄ ſine filio: ꝑfecte itelligať qꝺ nō ꝓceſ
ſit genitoꝛ: illꝺ qꝺ genuit. Qꝺ ſi ita ē: h̄ ſo-
lū de eis dici nō pōt: illud de illo: qꝺ ſimul
ambo nō ſunt. Sicut verbū de verbo dici
nō pōt: qꝛ nō ſimul ambo verbū: ſed ſolꝰ fi
liꝰ. Nec imago de imagine: qꝛ nō ſimul am
bo imago. Nec filiꝰ de filio: qꝛ nō ſimul am
Joh.jo bo filiꝰ: ſm̄ ꝙ diciť: Ego et pr̄ vnū ſumus.
Unū ſumꝰ eni dictū eſt qꝺ ille: hoc et ego
ſm̄ eſſentiā: nō ſm̄ relatiuū.

De vnitate filij cum patre: ⁊ noſtra inuicē nobiſcū. Capl'm. iii.

Cet̄ neſcio vtrū iueniať i ſcripturiſ di
ctū: vnū ſunt: q̄rū ē diuerſa natu-
ra. Si aūt aliq̄ plura eiuſdē natu-
re ſint: ⁊ diuerſa ſentiāt: nō ſunt vnū inꝙ̄tū
diuerſa ſentiūt. Nā ſi iā vnū eſſent ex eo ꝙ
Joh.j7 hoies erāt: nō diceret: Ut ſint vnū ſic̄ nos
vnū: cū ſuos diſciplos pr̄i cōmēdaret. At
v̄o paulꝰ ⁊ apollo qꝛ ⁊ ambo homīes ⁊ idē
Cor.3 ſentiebāt. Qui plantat inq̄t: et q̄ rigat vnū
ſunt. Cū ergo ſic diciť vnū: vt nō addatur
qꝺ vnū: ⁊ plura vnū dicanť: eadeꝫ natura
atq; eſſentia nō diſſidēs: nec diſſentiēs ſi-
gnificať. Cuꝫ v̄o addiť qꝺ vnū: pōt aliqꝺ
ſignificari ex pluribus vnū factū: q̄uis di
uerſis natura: ſicut aīa ⁊ corpꝰ nō ſūt vtiq;
vnū. Quid eni tā diuerſum: niſi addatur
aut ſubintelligať quid vnū: id eſt vnꝰ hō:
aut vnū animal: Inde aplus: Qui adhe- Ibidē
ret meretrici inquit: vnū corpus eſt. nō di-
xit vnū ſunt: aut vnū eſt: ſed addidit cor-
pus: tanq; ex duobꝰ diuerſis maſculino et
feminino: vnū corpus adiūctione compo
ſitū. Et q̄ adheret dn̄o inq̄t: vnus ſp̄s eſt. Ibidē
nō dixit: q̄ adheret dn̄o vnꝰ ē: aut vnū ſūt:
ſed addidit ſpiritꝰ. Diuerſum eni natura:
ſp̄s homīs: ⁊ ſp̄s dei: ſ; inherēdo fit vnꝰ
ſpiritꝰ ex diuerſis duobꝰ: ita vt ſine hūano
ſpiritu: beatꝰ ſit dei ſpiritꝰ atq; ꝑfectꝰ. beatꝰ
aūt ſp̄s homīs nō niſi cū deo. Nec fruſtra
vt exiſtimo cū tāta in euāgelio ſm̄ Joannē
⁊ totiēs diceret dn̄s de ip̄a vnitate: vel ſua
cum patre: vel noſtra inuicē nobiſcū: nuſ-
q̄ dixit vt nos ⁊ ipi vnū: ſed vt vnū ſint: ſic̄ Joh.j7.
⁊ nos vnū ſumus. Pater ergo et filiꝰ vnū
ſunt: vtiq; ſm̄ vnitatem ſubſtantie: ⁊ vnus
deus eſt: ⁊ vnus magnus: et vnus ſapiēs:
ſicut tractatū eſt. Unde ergo maioꝛ pater:
Si eni maioꝛ: magnitudine maioꝛ. Cū aūt
magnitudo filius eius ſit: nec ille vtiq; ma
ioꝛ ē eo qui ſe genuit. Nec ille maioꝛ ea ma
gnitudine qua magnus eſt: ergo equalis.
Nam vnde equalis ſi nō eo quo eſt: cui nō
eſt aliud eſſe et aliud magnum eſſe: Aut ſi
eternitate pater maioꝛ eſt: nō eſt equalis fi
lius quacūq; re. Unde enim equalis: Si
magnitudine dixeris: nō eſt par magnitu-
do: que minus eterna eſt. atq; ita cetera.
An forte in virtute equalis eſt: in ſapiētia
v̄o nō ē equalis: Sed quō eſt equalis vir-
tus q̄ minus ſapit: An in ſapiētia eq̄lis eſt:
in virtute autem nō eſt equalis: Sed quō
equalis ſapientia: que minus potens eſt:
Reſtat ergo vt ſi in vlla re equalis nō eſt:
in omnibꝰ non ſit equalis. Et ſcriptura cla
mat: Non rapinā arbitratus eſt eſſe equa- Phi.2
lis deo. Cogiť ergo quiuis aduerſariꝰ ve-
ritatis qui aliquo modo teneť apoſtolica
auctoꝛitate: in qualibet: vel vna re equalē
deo filiū ꝯfiteri. Eligat quā voluerit: hinc
ei oſtendeť in omnibꝰ eſſe equalem: que de
ſubſtantia eius dicunť.

Pares in quacunq; virtute non poſſe in ceteris eſſe diſſimiles: ac ſi hec equalitas in animis reperit humanis: multo incompabilius manere eam in incomutabili eternaq; ſubſtantia quod eſt deus trinitas. Capitulū. iiii.

SI enim virtutes que ſunt in ani
mo humano: q̄uis alio atq; alio
mō ſinglr̄ intelligant: nllo mō tn̄

ſepant ab inuicē: vt quicūqȝ fuerint eq̄les.
verbi gratia: in fortudine eq̄les ſint: ⁊ pru-
dētia: ⁊ tempantia: ⁊ iuſticia. Si eni dixe-
ris eq̄les eſſe iſtos fortitudine: ſ; illū pſtare
prudētia: ſequit vt huiꝰ fortitudo minꝰ pru
dens ſit: ac ꝑ hoc nec fortitudine eq̄les ſūt:
qn̄ illiꝰ fortitudo prudētior. Atqȝ ita d̄ ce-
teris virtutibꝰ inuenies: ſi oēs eadē ꝯſide-
ratiōe ꝑcurras. Nō enim de viribꝰ corpis
agit: ſ; de animi fortitudine. Q̄to ergo ma
gis in illa incōmutabili eternaqȝ ſubſtātia
incompabiliter ſimpliciore q̄ȝ eſt animiꝰ hu
manꝰ: h̄ ita ſe habēt. Hūano q̄ppe aīo non
h̄ eſt eſſe qd̄ ē fortē eſſe: aut prudētē: aut iu
ſtū: aut tpatū. Pōt eni eſſe animiꝰ: ⁊ nullā
iſtarū habere v̄tutē. Deo aūt h̄ eſt eē qd̄ ē
fortē eſſe: aut iuſtū eſſe: aut ſapientē eſſe: et
ſi q̄d de illa ſimplici multiplicitate vel mlti
plici ſimplicitate dixeris: q̊ ſubſtātia eiꝰ ſi-
gnificet. Q̄obrē ſiue ita dicat deꝰ de deo vt
⁊ ſinglis h̄ nomē cōueniat: nō tn̄ vt ambo
ſint duo dij: ſ; vnꝰ deꝰ ſit. Ita eni ſibi coherēt
queādmodū ⁊ i diſtātibꝰ diuerſiſqȝ ſubſtā-
2. Cor. 3 tijs fieri aplus teſtis ē. Nā ⁊ ſolꝰ dn̄s ſpūs
eſt: ⁊ ſolus hoīs ſpūs vtiqȝ ſpūs ē: tamē ſi
hereat dn̄o vnꝰ ſpūs ē: quātomagl ibi vbi
eſt oīno inſepabilis atqȝ eterna ꝯnexio: ne
abſurde dici videat q̄ſi filiꝰ amboꝝ: cū di-
cit filiꝰ dei: ſi id qd̄ dicit deꝰ: nō niſi de am-
bobus dicit ſimul: ſiue quicq̄d de deo dicit
qd̄ ſubſtantiā eiꝰ indicet: nō niſi de ambo-
bus ſimul dicit: imo ſimul de ipſa trinitate
dicit. Siue ḡ hoc: ſiue illud ſit: qd̄ diligen-
tius diſcutiendū ē: nūc vn̄ agit ſatis ē vi-
dere: nullo mō filiū eq̄lē eſſe patri: ſi in aliq̊
ſcȝ qd̄ ptineat ad ſignificādaȝ eiꝰ ſubſtātiā
inequalis inuenit: ſicut iā oſtēdimꝰ: Apl's
aūt dixit equalē. In omibꝰ ḡ eq̄lis ē patri
filiꝰ: ⁊ ē vniꝰ eiuſdēqȝ ſubſtātie.

De ſpiritusſancti vnitate cū patre et filio. Capitulū. V.

QUapropter etiā ſpūſſanctus: i ea-
dē vnitate ſubſtātie ⁊ eq̄litate cō-
ſiſtit. Siue eni ſit vnitas amboꝝ: ſi-
ue ſanctitas: ſiue caritas: ſiue ideo vnitas
q2 caritas: ⁊ ideo caritas q2 ſanctitas: ma-
nifeſtū ē q nō aliq̊s duoꝝ ē q̊ vterqȝ cōiun
git: q̊ genitꝰ a gignēte diligat: generatorē
qȝ ſuū diligat: ſintqȝ nō ꝑticipatiōe: ſ; eſſen
tia ſua: neqȝ dono ſupioris alicuiꝰ: ſ; ſuo ꝓ
Ephe. 4 prio ſeruātes vnitatē ſpūs i vinculo paci.
Qd̄ imitari ꝑ gratiā: ⁊ ad deū: ⁊ ad nos iu
bemur. In quibus duobꝰ p̄ceptis: tota lex
pendet ⁊ ꝓphete. Ita ſunt illa tria: deus
vnus: ſolus: magnus: ſapiēs: ſanctꝰ: bea-
tus. Nos aūt ex ipo: ⁊ ꝑ ipm: et i ipo beati:
q2 ipius munere inter nos vnū: cū illo aūt
vnus ſpiritꝰ: q2 agglutinat aīa noſtra poſt
eum. Et nobis herere deo bonū eſt: q2 per- Ps. 72
det omnē q̊ fornicat ab eo. Spūs ḡ ſanctꝰ Ibidē
cōmune aliquid eſt patris ⁊ filij: quicq̄d il-
lud eſt. At ipſa cōmunio: cōſubſtātialis et
coeterna. Que ſi amicitia cōuenienter dici
pōt: dicat. Sed aptius dicit caritas. Et h̄
quoqȝ ſubſtātia: q2 deus ſubſtātia: ⁊ deꝰ ca
ritas: ſicut ſcriptū eſt. Sic aūt ſubſtātia ſil' 1. Ioh. 4
cū patre ⁊ filio: ita ſimul magna: ⁊ ſimul bo
na: ⁊ ſimul ſancta: ⁊ quicq̄d aliud ad ſe di-
cit: qm̄ nō aliud ē deo eſſe: ⁊ aliud eſſe ma-
gnū vl' bonū eſſe: ⁊ cetera. ſic̄ ſupra oſtēdi-
mus. Si eni minꝰ magna ē ibi caritas q̄ȝ ſa
piētia: minꝰ q̄ȝ eſt diligit ſapiētia. Equalis
eſt igit ſapiētia: vt quāta eſt ſapiētia tantū
diligat. Eſt autē ſapiētia eq̄lis patri: ſicut
ſupra diſputauimꝰ. Eq̄lis ē igit etiā ſpūſ-
ſanctꝰ: ⁊ ſi eq̄lis: in omibꝰ equalis ꝓpter ſū
mā ſimplicitatē q̄ in illa ſubſtātia eſt. Et iō
nō ampliꝰ q̄ȝ tria ſunt: vnus diligēs eū qui
de illo ē: ⁊ vnꝰ diligēs eū de quo ē: ⁊ ipa di
lectio. Que ſi nihil ē: quō deus dilectio ē? Vbi. ſ.
Si non eſt ſubſtantia: quō deus ſubſtan-
tia eſt?

De natura corporea et creatura ſpūali: q ſimplices nō ſint: q2 nec incōmutabiles. Ca. VI.

SI aūt querit: quō ſimplex ⁊ multi
plex ſit illa ſubſtātia: aīaduertēda
ē primo creatura q̄re ſit multiplex:
nullo aūt modo vere ſimplex. Et pͥus cor-
pus vniuerſū vtiqȝ ꝑtibus cōſtat: ita vt ſit
ibi alia ꝑs maior: alia minor: ⁊ maiꝰ ſit vni
uerſū q̄ȝ pars q̄libet aut q̄ȝtalibet. Nā ⁊ ce
lū ⁊ terra ꝑtes ſūt vniuerſe mūdane molis:
ſ; ⁊ ſola t̄ra: ⁊ ſolū celū innumerabilibꝰ ꝑti-
bus cōſtat: et in tertia ſui ꝑte minor ē q̄ȝ in
cetera: ⁊ in dimidia minor q̄ȝ tota: ⁊ totum
mūdi corpus qd̄ duabꝰ plerūqȝ partibꝰ ap
pellari ſolet: id eſt celū ⁊ terra: vtiqȝ maiꝰ ē
q̄ȝ ſolū celū aut ſola terra. Et in vnoquoqȝ
corpe aliud ē magnitudo: aliud color: aliō
figura. Pōt eni ⁊ diminuta magnitudine
manere idē color ⁊ eadem figura: ⁊ colore
mutato: manere eadē figura et eadem ma-
gnitudo: ⁊ figura eadem non manēte: tam
magnū eē ⁊ eodē modo coloratū. Et que-
cūqȝ alia ſimul dicunt de corpe: poſſunt et
ſimul ⁊ plura ſine ceteris cōmutari. Ac per
hoc multiplex eſſe cōuincit natura corpis

ſimplex aūt nullo modo. Creatura quoq̧
ſpiritalis ſicut ē anima: eſt quidē in corpo
ris cōparatione ſimplicior: ſine cōparatio
ne aūt corporis multiplex eſt: etiā ipa non
ſimplex. Nā ideo ſimplicior eſt corpe: qꝛ
nō mole diffunditur p ſpaciū loci: ſed in vno
quoq̧ corpore: ⁊ in vno toto tota eſt: ⁊ in q̄
libet parte eiꝰ tota eſt. Et ideo cū ſit aliq̄d
in q̄uis exiguā pticulam corporis qđ ſen
tiat anima: q̄uis nō fiat in toto corpore: il
la tn̄ tota ſentit: quia totā nō latet. Sed tn̄
etiā in aīa cū aliud ſit artificioſum eē: aliud
inertē: aliud acutum: aliud memorē: aliud
cupiditas: aliud timor: aliud leticia: aliud
triſticia: poſſintq̧ ⁊ alia ſine alijs: ⁊ alia ma
gis: alia minus inumerabilia ⁊ innumera
biliter in anime natura inueniri: manifeſtū
eſt nō ſimplicē: ſed multiplicē eſſe naturā.
Nihil em̄ ſimplex mutabile eſt: omnis aūt
creatura mutabilis.

De ſimplici ⁊ incōmutabili eēntia dei q̄uis multipliciter ſcđm ſubſtantiam nominetur. Ca. VII

Deus vero multipliciter quidē dici
tur magnus: bonus: ſapiēs: btūs:
verus: ⁊ quicq̄d aliud nō indigne
dici videtur. Sed eadē magnitudo eius eſt:
que ſapientia. Non em̄ mole magnus eſt:
ſed virtute. Et eadē bonitas que ſapientia
⁊ magnitudo: ⁊ eadē veritas que illa oīa.
Et nō eſt ibi aliud beatū eſſe: ⁊ aliud mag
num: aut ſapientē: aut verū: aut bonū eſſe:
aut oīno ipm eſſe. Nec qm̄ trinitas ē: ideo
triplex putādus eſt. Alioqn minor erit pa
ter ſolus: aut filius ſolus: q̄ ſimul pater et
filius. Quāq̄ non inueniatur quō dici poſſit:
aut pater ſolus aut filius ſolus: cum ſemp
atq̧ inſeparabiliter ⁊ ille cū filio ſit: ⁊ ille cū
patre: nō vt ambo ſint pater: aut ambo fili
us: ſed qꝛ ſemp inuicē: neuter ſolus. Quia
vero dicimꝰ ⁊ deū ſolū ipam trinitatē: q̄
uis ſemp ſit cū ſpiritibus ⁊ animabus ſan
ctis: ſed ſolū dicimꝰ qꝛ deꝰ eſt: qꝛ non ⁊ illi
cū illo deus ſunt: ita ſolū patrē dicimꝰ pa
trē: nō qꝛ ſeparatur a filio: ſed quia nō ſimul
ambo pater ſunt.

Trinitatē deitatis nullomō triplicē eſſe dicendā: quia nec tria ibi plus ſunt q̄ vnum: nec vnum minus q̄ tria. Ca. VIII

Cum itaq̧ tātus eſt ſolus pater: vel
ſolius filius: vel ſolus ſpūſſanctꝰ:
quātus eſt ſimul pater ⁊ filiꝰ ⁊ ſpi
rituſſanctꝰ: nullo mō triplex dicendus eſt.
Corpora quippe adiunctione ſua creſcūt.
Quis em̄ qui adheret vxori ſue: vnū cor Gen. 2
pus fit: maiꝰ tn̄ corpꝰ fit: q̄ ſi ſolius viri eſ
ſet: aut ſolius vxoris. In rebꝰ aūt ſpiritalibꝰ
cū minor maiori adhereſcit: ſicut creatura
creatori: illa fit maior q̄ erat: nō ille. In his
em̄ que nō mole magna ſūt: hoc ē maiꝰ eſſe
qđ eſt melius eſſe. Melior aūt fit ſpūs ali
cuiꝰ creature: cū adheret creatori: q̄ ſi nō
adhereat: ⁊ ideo etiam maior quia melior. i. Cor. 6
Qui ergo adheret dño: vnus ſpiritus eſt:
ſed tn̄ dñs nō ideo fit maior: q̄uis fiat ille
qui adheret dño. In ipo igitur deo cū ad
heret equali patri filiꝰ eq̄lis: aut ſpūſſanctꝰ
patri ⁊ filio equalis: nō fit maior deꝰ q̄ ſin
guli eorū: qꝛ nō eſt quo creſcat illa pfectio.
Perfectꝰ aūt ſiue pater: ſiue filiꝰ: ſiue ſpūſ
ſanctus: ⁊ pfectus deꝰ: pater ⁊ filius ⁊ ſpūſ
ſanctus: ⁊ ideo trinitas potiꝰ q̄ triplex.

De ſolo vero deo patre ⁊ filio ⁊ ſpirituſancto. Ca. IX

Et qm̄ oſtendimus quō poſſit dici
ſolus pater: qꝛ non niſi ipe ibi pa
ter: cōſiderāda eſt illa ſentētia qua
dicitur: deū verū ſolū nō eſſe patrem ſolum:
ſed patrē ⁊ filium ⁊ ſpiritū ſanctū. Si quis
em̄ interroget: pater ſolus vtrum ſit deus:
quō reſpondebitur nō eſſe: niſi forte ita di
camus eſſe quidē patrē deū: ſed nō eſſe ſo
lum deum: eſſe aūt ſolū deum: patrē ⁊ filiū
⁊ ſpiritū ſanctū. Sed quid agimus de illo
teſtimonio domini: Patri em̄ dicebat: ⁊ pa
trem nominauerat ad quē loquebatur: cum
ait: Hec ē vita eterna: vt cognoſcāt te vnū Joh. 14
verum deū. Quod quidē arriani ſic ſolent
accipere: quaſi non ſit filius verus deus.
Quibus excluſis: videdū eſt an intellige
re cogamur: cū dictū eſt patri: Ut cogno Ubi ſ.
ſcant te vnū verū deū: tanq̄ hoc inſinua
re voluerit: qꝛ ⁊ ſolus pater deꝰ verus eſt:
ne nō intelligeremꝰ deū: niſi ipa tria ſimul:
patrē ⁊ filiū ⁊ ſpiritū ſanctū. Num ergo ex
dñi teſtimonio: ⁊ patrē vnū verum deū di
cimus: ⁊ filiū vnū verū deū: ⁊ ſpiritū ſanctū
vnū verū deū: ⁊ ſimul patrē ⁊ filiū ⁊ ſpiri
tū ſanctū: id eſt ſimul ipam trinitatē: nō tres
veros deos: ſ3 vnū verū deum. An qm̄ ad
didit: Et quē miſiſti ieſum xpm: ſubaudiē Ibidem
dū eſt vnū verū deū: Et ordo verborꝝ eſt:
vt te ⁊ quē miſiſti ieſum xpm: cognoſcant
vnū verū deum. Cur g° tacuit đ ſpirituſctō:
an qm̄ cōſequens eſt: vt vbicunq̧ noīatur
vnū tanta pace vni adherēs: vt per hanc
vtrūq̧ vnū ſit: iam ex hoc intelligatur etiam

ipa par: q̄uis nō cōmemoretur. Nā ⁊ illo
loco ap̄ls videt̄ quaſi ꝑtermittere ſp̄m ſanc
j. Cor. 3 tū: ⁊ tn̄ etiā ibi intelligitur: vbi ait: Omnia
veſtra: vos aūt xp̄i: xp̄us aūt dei. Et iterū:
Ibidem.jj Caput mulieris vir: caput viri xp̄s: caput
aūt xp̄i deus. Sȝ rurſus ſi deus nō niſi oīa
ſimul tria: quō caput xp̄i deus: id ē caput
xp̄i trinitas: cū in trinitate ſit xp̄us vt ſit tri
nitas: An qđ eſt pater cū filio: caput eſt ei
qđ eſt ſolus filius: cū filio eīn pater deus:
ſolus aūt filius xp̄s eſt: maxie q2 iam ver
bū caro factū loquit̄. Scđm quā humilita
Joh. 14 tē eius etiā maior eſt pater: ſicut dic̄: Qm̄
pater maior me eſt: vt hoc ip̄m deū eſſe qđ
illi cū patre vnū eſt: caput ſit hoīs media
toris: qđ ip̄e ſolus eſt. Si eīn mentē recte
dicimus p̄ncipale hoīs: id eſt tanꝗ caput
hūane ſubſtātie: cū ip̄e homo cū mente ſit
homo: cur nō multo ꝯgruentius: multoꝗ
magis verbū cū patre qđ ſimul de⁹ eſt: ca
put eſt xp̄i: q̄uis xp̄us homo niſi cū verbo
quod caro factū eſt: intelligi nō poſſit. Sȝ
hoc vt iam diximus: aliquāto diligentius
poſtea ꝯſiderabimus. Nūc aūt equalitas
trinitatis: ⁊ vna eadēꝗ ſubſtantia quātuȝ
breuiter potuimus demōſtrata eſt: vt quo
quo mō ſe habeat iſta queſtio: quā diſcuti
endā acriore intētiōe diſtulimus: nihil im
pediat quo minus fateamur ſummā equa
litatē p̄ris ⁊ filij ⁊ ſp̄ūſſancti.

¶ De ſentētia ſancti hilarij qua in trinitate pſonaꝝ ꝓprietatē intelligitur demōſtraſſe. ¶ Ca. x

QUidā cum vellet breuiſſime ſingu
larū in trinitate pſonarum inſinua
re ꝓpria: eternitas inquit in patre:
ſpecies in imagine: vſus in munere. Et qa
non mediocris auctoritatis in tractatione
ſcripturaꝝ: ⁊ aſſertione fidei vir extitit: hi
larius eīn hoc in libr̄ ſuis poſuit: hoꝝ ver
borū: id eſt patris ⁊ imaginis: ⁊ muneris:
eternitatis: ⁊ ſpeciei: ⁊ vſus: abditā ſcruta
tus intelligentiā: quātū valeo nō eū ſecutū
arbitror in eternitatis vocabulo: niſi ꝙ pa
ter nō habet patrē de quo ſit: filius aūt de
p̄re eſt vt ſit: atꝗ vt illi coeternus ſit. Ima
go eīn ſi pfecte iplet illud cui⁹ imago eſt: ip
ſa coequat̄ ei: ñ illud imagini ſue. In qua
imagine ſpeciē noīauit: credo ꝙ ꝓpter pul
chritudinē: vbi iam eſt tāta ꝯgruētia ⁊ pri
ma eq̄litas: ⁊ p̄ma ſimilitudo: nulla i re diſ
ſidēs: ⁊ nullo mō inequalis: ⁊ nulla ex pte
diſſimilis: ſed ad idētidē reſpondēs ei cui⁹
imago eſt. Ubi eſt p̄ma ⁊ ſūma vita: cui nō
eſt aliud viuere ⁊ aliud eē: ſȝ idē eſt eſſe ⁊ vi
uere. Et p̄mus ac ſūmus intellect⁹: cui nō
eſt aliud viuere ⁊ aliud intelligē: ſed id qđ
eſt intelligere: h̄ viuere: h̄ eſſe eſt: vnū oīa:
tanꝗ verbū pfectū: cui nō deſit aliquid: ⁊
ars quedā oīpotentis atꝗ ſapiētis dei: ple
na omniū rationū viuentiū incōmutabili
um: ⁊ oēs vnū in ea: ſicut ipa vnū de vno:
cū quo vnū. Ibi nouit oīa deus: que fecit
p ipam: ⁊ ideo cū decedant ⁊ ſuccedāt tē
pora: nō decidit aliquid vel ſuccedit ſciētie
dei. Nō eīn hec que creata ſunt iō ſciunt̄ a
deo: q2 facta ſūt: ac nō poti⁹ iō facta ſūt vl
mutabilia: q2 imutabilit̄ a deo ſciunt̄. Ille
igit̄ ineffabilis quidā cōplexus patr̄ ⁊ ima
ginis nō eſt ſine pfruitione: ſine caritate: ſi
ne gaudio. Illa ḡ dilectio: delectatio: feli
citas: vel beatitudo: ſi tn̄ aliqua hūana vo
ce digne dicit̄ vſus: ab illo appellat⁹ eſt bre
uiter: ⁊ eſt in trinitate ſp̄ūſſanctus: nō geni
tus: ſed genitoris genitiꝗ ſuauitas: inge
niti largitate atꝗ vbertate perfundēs oēs
creaturas p captu eaꝝ: vt ordinē ſuū tene
ant ⁊ locis ſuis acq̄eſcant. Hec igit̄ omnia
que arte diuina facta ſunt: ⁊ vnitatē quan
dā in ſe oſtendūt: ⁊ ſpeciē ⁊ ordinē. Quic
quid eīn hoꝝ eſt: ⁊ vnū aliqđ eſt: ſicut ſunt
nature corpoꝝ: ⁊ ingenia animaruȝ: ⁊ aliq̄
ſpecie formaꝝ: ſicut ſunt figure vel qualita
tes corpoꝝ: ac doctrine vel artes animaꝝ:
⁊ ordinē aliquē petit aut tenet: ſicut ſūt pō
dera vel collocationes corpoꝝ ⁊ amores:
aut delectationes animaꝝ. Ceteruȝ in illa
ſūma trinitate tm̄ eſt vna quātū tres ſimul
nec plus aliquid ſūt due ꝗ vna. Oportet
igit̄ vt creatorē p ea que facta ſunt intellec Roma
tū ꝯſpicientes trinitatē intelligamus: cui⁹
in creatura quō dignū ē apparet veſtigiū.
In illa .n. trinitate ſūma origo eſt rerū om
niū ⁊ pfectiſſima pulchritudo: ⁊ beatiſſima
delectatio. Itaꝗ illa tria: ⁊ ad ſeinuicē de
terminari vident̄: ⁊ in ſe infinita ſunt. Sed
hic in rebus corporeis: nō tm̄ eſt vna: quā
tum tres ſimul: ⁊ plus aliquid ſunt due ꝗ
vna res. Ceterū in ſumma trinitate tantuȝ
eſt vna quātū tres ſimul ſunt: nec plus ali
quid ſunt due ꝗ vna: ⁊ in ſe infinita ſunt.
Ita ⁊ ſingula ſūt in ſingulis: ⁊ oīa in ſingu
lis: ⁊ ſingula in oībus: ⁊ omnia in oībus: ⁊
vnū omnia. Qui videt hoc vel ex pte: vel j. Cor.
p ſpeculū ⁊ in enigmate: gaudeat cogno
ſcēs deū: ⁊ ſicut deū honoret ⁊ grās agat. Roma
Qui autē nō videt: tendat p pietatē ad vi
dendū: non p cecitatē ad calumniandum:

qm̄ vnus eſt deus: ſed tñ trinitas. Nec cõ
Roma.ij fuſe accipiẽdũ eſt. Ex quo omnia: per quẽ omnia: in quo omnia: nec diјs multis: ſed ipi gloria in ſecula ſeculorũ.

¶ Explicit liber ſextus.

¶ Incipiũt capitula libri ſeptimi.

i ¶ Utrum quicquid de deo nõ relatiue ſed ad ſeipm̄ recte dicitur: cuilibet perſone in trinitate cõueniat.

ij ¶ Ea que pr̄is ⁊ filij eſſentiã ſignificãt: non eſſe relatiua: q̄ quicqd ad ſe: nõ ad aliqd dicunt ſil' ambo ſũt.

iij ¶ De ſapiẽtia a deo genita vel creata.

iiij ¶ Quid vel a grecis vel latinis neceſſe fuerit dici de ineffabili trinitate.

v ¶ De ſubſtantia ⁊ eſſentia.

vj ¶ De tribus pſonis vni⁹ eſſentie.

¶ Aurelij auguſtini liber ſeptim⁹ incipit.

¶ Utruʒ quicqd de deo nõ relatiue ſed ad ſeipm̄ recte dicit' cuilibet pſone in trinitate ꝯueniat. ¶ Ca. i

Iam nunc queramus diligentius: quantũ dat deus qd̄ pauloãte diſtulimus: Utrũ ⁊ ſingl'a queq͡ȝ in trinitate perſona poſſit ⁊ per ſeipam nõ cũ ceteris duabus dici de⁹: aut magn⁹: aut ſapiẽs: aut verus: aut oĩpotens: aut iuſtus: ⁊ ſi qd aliud dici de deo põt: nõ relatiue: ſed ad ſeipm̄. An vero nõ dicant' iſta: niſi cũ trinitas intelligitur. Hoc eñ queſtionẽ facit: q̄ ſcri-
Corī.j ptũ eſt: xp̄m dei v̄tutẽ: ⁊ dei ſapientiã: vtrũ ita ſit pater ſapiẽtie atq͡ȝ v̄tutis ſue: vt hac ſapiẽtia ſapiẽs ſit quã genuit: ⁊ hac virtute potẽs quã genuit: ⁊ q̄ ſp̄ potẽs ⁊ ſapiens: ſp̄ genuit virtutẽ ⁊ ſapientiã. Dixeramus eñ ſi ita eſt: cur nõ ⁊ magnitudinis ſue pater ſit qua magn⁹ eſt: ⁊ bonitatis q̄ bon⁹ ē: ⁊ iuſticie qua iuſtus: ⁊ alia ſi qua ſunt. Aut ſi hec oĩa pluribus vocabulis in eadẽ ſapientia ⁊ virtute intelligunt': vt eadẽ ſit magnitudo que virtus: ea bonitas q̄ ſapiẽtia: ⁊ ea rurſus ſapiẽtia que virtus: ſicut iam tractauimus: meminerimus: cũ aliquid horũ nomino ſic accipiendũ eſſe: ac ſi oĩa cõmemorẽ. Querit' ḡ an pater etiaȝ ſingulus ſit ſapiens: atq͡ȝ ipa ſibi ipſe ſapiẽtia: an ita ſit ſapiens quõ dicens. Uerbo eñ quod genuit dicens eſt: nõ verbo qd̄ pfertur: ⁊ ſo-
Ioh.j nat: ⁊ trãſit: ſ; verbo quod erat apud deũ: ⁊ de⁹ erat verbũ: ⁊ omnia p ipm̄ facta ſunt: verbo equali ſibi quo ſemp atq͡ȝ incõmutabiliter dicit ſeipm̄. Non eſt eñ ipſe verbũ: ſicut nec filius nec imago. Dicẽs aũt exceptis illis tẽporalibus vocib⁹ verbi dei: que in creatura fiunt: nã ſonãt ⁊ tranſeunt. Dicens q̄ illo coeterno verbo: nõ ſingulus intelligit': ſed cũ ipo verbo ſine quo nõ eſt vtiq͡ȝ dicens. Ita ne ⁊ ſapiẽs ſicut dicens: vt ita ſit ſapiẽtia: ſicut verbũ: ⁊ hoc ſit verbuȝ eſſe quod eſt eſſe ſapiẽtiã: hoc etiã eſſe virtutẽ: vt virt⁹ ⁊ ſapiẽtia ⁊ verbũ idẽ ſit: ⁊ relatiue dicatur: ſicut filius ⁊ imago: atq͡ȝ ille nõ ſingulus potẽs: vel ſapiens: ſed cũ ipſa virtute ⁊ ſapientia quã genuit: ſicut nõ ſingulus dicens: ſed eo verbo ⁊ cũ eo verbo qd̄ genuit: atq͡ȝ ita magnus ea ⁊ cũ ea magnitudine quã genuit. Et ſic nõ alio magnus: alio deus: ſed eo magn⁹ quo de⁹: quia nõ aliud illi eſt magnũ eſſe: aliud deũ eſſe: cõſequẽs eſt: vt nec deus ſingulus: ſed ea ⁊ cũ ea deitate quã genuit: vt ſic ſit fili⁹ deitas patris: ſicut ſapiẽtia ⁊ virtus patris: et ſicuti eſt verbũ ⁊ imago patris. Et q̄ non aliud illi eſt eſſe: aliud deũ eſſe: ita ſit etiam eſſentia patr' fili⁹: ſicuti eſt verbũ ⁊ imago eius. Ac p hoc etiã excepto eo qd̄ pater ē: nõ ſit aliquid pater: niſi q̄ eſt ei fili⁹: vt nõ tm̄ id quod dicitur pater: quod manifeſtũ eſt eũ nõ ad ſeipm̄: ſed ad filiũ relatiue dici: ⁊ ideo patreȝ q̄ eſt ei fili⁹: ſed oĩno vt ſit qd̄ ad ſeipm̄ eſt: ideo ſit q̄ genuit eſſentiaȝ ſuã. Sicut eñ magnus eſt: nõ niſi ea quaȝ genuit magnitudine: ita ⁊ eſt ñ niſi ea quã genuit eſſentia: q̄ nõ eſt aliud illi eſſe: aliud magnũ eſſe. Ita ne igitur pater eſt eſſentie ſue: ſicut pat' eſt magnitudinis ſue. Sicut pater virtutis ac ſapiẽtie ſue: eadẽ q̄ppe ei⁹ magnitudo que virtus: ⁊ eadẽ eſſentia que magnitudo. Hec diſputatio nata eſt ex eo qd̄ ſcriptũ eſt: chriſtũ eſſe dei virtutẽ: ⁊ dei ſapientiaȝ. Quapropter in eas anguſtias ſermo coartatur: cum ineffabilia fari cupimus: vt aut dicamus chriſtũ nõ eſſe dei virtutem ⁊ dei ſapientiã: atq͡ȝ ita impudẽter ⁊ impie reſiſtam⁹ apoſtolo: aut chriſtũ quidem dei virtutẽ ⁊ dei ſapientiam eſſe fateamur: ſed eius patrẽ nõ eſſe patrẽ virtutis ⁊ ſapientie ſue: quod nõ minus impium eſt. Sic eñ nec xp̄i erit pater: q̄ xp̄us dei virtus ⁊ dei ſapientia eſt: aut nõ eſſe patrẽ virtute ſua potentẽ: neq͡ȝ ſapientia ſua ſapienteȝ: qd̄ quis audeat dicere: aut aliud in patre intelligi eſſe: aliud ſapientẽ eſſe: vt non hoc ipſo ſit quo ſapiẽs eſt: qd̄ de anima in-

tellig ſolet: que alias inſipiēs: alias ſapiēs
eſt: velut natura mutabilis: ⁊ nō ſumme p̄
fecteq̄ ſimplex: aut patrē nō eē aliquid ad
ſeipm̄: ⁊ nō ſolum qđ pater eſt: ſed oīno qđ
eſt: ad filiū relatiue dici. Quō ergo eiuſdē
eēntie filius cuius pater: quādo quidē ad
ſeipm̄ nec eēntia eſt: nec oīno eſt ad ſeipm̄
ꝫ etiā eſſe ad filium illi eſt. Atem̄ multoma
gis vnius eiuſdēq̄ eſſentie: q꞉ vna eadēq̄
eſſentia pater ⁊ filius: qñ quidē patri non
ad ſeipm̄ eſt ipm̄ eſſe: ſed ad filium quā eſ-
ſentiā genuit: ⁊ qua eſſentia eſt quicquid
eſt. Neuter ergo ad ſe eſt: ⁊ vterq̄ ad inui-
cem relatiue dicit᷑: an pater ſolus: nō ſolū
qđ pater dicit᷑: ꝫ oīno quicqđ dicit᷑: relati-
ue ad filiū dicit᷑: ille aūt dicitur ad patrē et
ad ſe: ⁊ ſi ita eſt: quid dicitur in filio ad ſe:
an ipa eſſentia? Sed patris eēntia eſt filius
ſicut patris virtus: ⁊ ſapientia: ſicut verbū
patris: ⁊ imago patris: aut ſi eſſentia dicit᷑
ad ſe filius: pater aūt nō eſt eſſentia: ſed ge
nitor eſſentie: nō eſt aūt ad ſeipm̄: ſed hac
ipa eſſentia quā genuit: ſicut hac ipa mag-
nitudine magnus quā genuit: ergo ⁊ mag
nitudo dicit᷑ ad ſe filiꝰ: ergo ⁊ virtus ⁊ ſapi
entia ⁊ verbū ⁊ imago. Quid aūt abſurdi
us ꝙ imaginē ad ſe dici: aut ſi nō idipm̄ ē
imago ⁊ verbū quod eſt virtus ⁊ ſapiētia:
ꝫ illa relatiue dicunt᷑: hec aūt ad ſe non ad
aliud incipit nō ea ſapientia quā genuit ſa
piens eſſe pater: quia nō pōt ipe ad eā re-
latiue dici: ⁊ illa ad eum relatiue non dici:
omnia eīm que relatiue dicunt᷑ ad inuicem
dicunt᷑. Reſtat itaq̄: vt etiā eſſentia filius
relatiue dicat᷑ ad patrē. Ex quo cōficit᷑ in-
opinatiſſimus ſenſus: vt ipa eſſentia nō ſit
eēntia: vel certe cū dicit᷑ eſſentia: nō eēntia
ſed relatiuū indicetur: quō cū dicit᷑ dn̄s:
non eſſentia indicatur: ſed relatiuū quo re
fertur ad ſeruū. Cum autē homo dicit᷑ vel
aliquid tale: quod ad ſe nō ad aliud dicit᷑:
tunc indicatur eēntia: homo ergo cū dn̄s
dicitur: homo eſſentia eſt: dn̄s vero relati-
ue dicitur: homo eīm ad ſe dicitur: dominꝰ
ad ſeruū: hoc autē vnde agimus: ſi eēntia
ipa relatiue dicitur: eſſentia ipa nō eſt eēn-
tia. Huc accedit: quia omnis eſſentia que
relatiue dicit᷑: eſt etiā aliqđ excepto relati-
uo: ſicut homo dominus: homo ſeruus: ⁊
equus iumentū: ⁊ nummus arra: homo et
equus ⁊ nummus ad ſe dicūtur: ⁊ ſubſtan
tie ſunt vel eſſentie: dominus vero ⁊ ſeruꝰ
⁊ iumentū ⁊ arra: ad aliqđ relatiue dicun-
tur. Sed ſi nō eſſet homo: id eſt aliqua ſub
ſtantia: nō eſſet qui relatiue dominus dice
retur. Et ſi non eſſet equus quedam eſſen
tia: non eſſet quod iumentum relatiue di-
ceret᷑. Ita ſi nūmis nō eſſet aliqua ſubſtan
tia: nec arra poſſet relatiue dici. Quapro-
pter ſi ⁊ pater nō eſt aliqđ ad ſeipum: non
eſt oīno qui relatiue dicatur ad aliqđ. Nō
eīm ſicut ad aliquid coloratū refert᷑ color
eius: nec oīno ad ſe dicitur color: ꝫ ſemper
alicuiꝰ colorati eſt. Illud autē cuius color
eſt etiā ſi eo ꝙ coloratū dicit᷑ ad colorē re-
fertur: tñ id quod corpus dicitur ad ſe dici
tur. Nullo mō ita putādum eſt patrē nō di
ci aliquid ad ſeipm̄: ꝫ quicqđ dicitur ad fi-
lium dici. Eundē vero filiū ⁊ ad ſeipm̄ di-
ci ⁊ ad patrē. Cū dicit᷑ magnitudo magna
⁊ virtus potēs: vtiq̄ ad ſeipm̄: ⁊ magnitu-
do atq̄ virtus magni ⁊ potētis pr̄is: q̄ pa-
ter magnus ⁊ potēs eſt. Nō ḡ ita: ꝫ vtrūq̄
ſubſtātia: ⁊ vtrunq̄ vna ſubſtantia. Sicut
aūt abſurdū eſt dicere cādidū nō eſſe can-
dorē: ſic abſurdū eſt dicere ſapientē nō eē
ſapientiā. Et ſicut candor ad ſeipm̄ cādi-
dus dicit᷑: ita ⁊ ſapiētia ad ſeipam dicitur
ſapiens. Sed cādor corpis nō eſt eſſentia:
qm̄ ipm̄ corpus eſſentia eſt: ⁊ illa eius qua
litas: vnde ⁊ ab ea dicit᷑ candidū corpus:
cui nō hoc eſt eſſe quod cādidū eē. Aliud
eīm ibi forma ⁊ aliud color: ⁊ vtrūq̄ nō in
ſeipſo: ſed in aliqua mole. Que moles nec
forma nec color eſt: ꝫ formata ⁊ colorata.
Sapiētia vero et ſapiēs eſt. Et qm̄ quecū
q̄ anima participatione ſapientie fit ſapi-
ens: ſi rurſus deſipiat: manet tñ in ſe ſapiē
tia. Nec cū anima fuerit in ſtulticiā cōmu-
tata illa mutatur: non ita eſt in eo qui ex ea
fit ſapiēs: queadmodū candor in corpore
quod ex illo cādidū eſt. Cū eīm corpus in
aliud colorē fuerit mutatū: nō manebit cā-
dor ille: ꝫ omnino eſſe deſinet. Q᷑ ſi ⁊ pat᷑
qui genuit ſapientiā ex ea fit ſapiens: neq̄
hoc eſt illi eſſe qđ ſapere: qualitas eius eſt
filius nō proles eius: ⁊ nō ibi erit iam ſum-
ma ſimplicitas. Sed abſit vt ita ſit: q꞉ vere
ibi eſt ſumme ſimplex eſſentia: hoc ergo eſt
ibi eſſe qđ ſapere. Q᷑ ſi hoc eſt ibi eē quod
ſapere: nō p̄ illam ſapientiā quā genuit ſa-
piens eſt pater: alioquin nō ipe illā: ꝫ illa
eū genuit. Quid eīm aliud dicimus cū di-
cimus hoc illi eſt eē qđ ſapere: niſi eo eſt q̄
ſapiens eſt. Quapropter que cauſa illi eſt
vt ſapiēs ſit: ipa illi cauſa eſt vt ſit: p̄inde ſi
ſapiētia quā genuit cauſa illi eſt vt ſapiēs
ſit: etiā vt ſit: ipa illi cauſa eſt. Quod fieri

nō poteſt: niſi gignēdo eum aut faciendo. Sed neq; genitricē neq; cōditricē patrꝭ vllo modo quiſq; dixerit ſapiētiā. Quid eīn eſt inſanius? Ergo ⁊ pater ipa ſapiētia eſt. Et ita dicitur filius ſapientia patris: quomodo dicit lumē patris: id eſt vt queādmodū lumē de lumine: ⁊ vtrūq; vnū lumē: ſic intelligat ſapiētia de ſapiētia: ⁊ vtrunq; vna ſapientia: ergo ⁊ vna eſſentia: quia h eſt ibi eſſe qđ ſape. Qđ eīn ē ſapiētie ſape: ⁊ potētie poſſe ⁊ eternitati eternam eſſe: iuſticie iuſtam eſſe: magnitudini magnā eſſe hoc eſt eſſentie ipm eſſe. Et quia in illa ſimplicitate nō eſt aliud ſape q̄ eē: eadē ibi ſapiētia que eſſentia.

Ea que patris et filij eſſentiam ſignificant non eſſe relatiua: quia quicq̄d ad ſe non ad aliquid dicit ſimul ambo ſunt. Ca. ii

Pater igitur ⁊ filius ſimul vna eſſentia: ⁊ vna magnitudo: ⁊ vna veritas: ⁊ vna ſapiētia. Sed nō pater ⁊ filius ſimul ambo vnū verbū: q2 nō ſimul ambo vnus filius. Sicut eīn filius ad patrē refertur: nō ad ſeipm dicit: ita ⁊ verbuȝ ad eū cuius verbū eſt refertur cum dicitur verbū. Eo quippe filius quo verbum: ⁊ eo verbū quo filius. Qm̄ igitur pater ⁊ filius ſimul nō vtiq; vnus filius: ꝯſequēs eſt: vt pater ⁊ filius ſimul nō ambo vnū verbum. Et propterea nō eo verbum quo ſapiētia: q2 verbū nō ad ſe dicitur: ſ tantuȝ relatiue ad eū cuius vbuȝ eſt: ſicut filius ad patrē: Sapiētia vo eo quo eſſentia. Et ideo quia vna eſſentia: vna ſapiētia. Quoniaȝ vero ⁊ verbū ſapientia eſt: ſ nō eo verbū quo ſapientia. Verbū eīn relatiue: ſapiētia eſſentialiter intelligitur: id dici accipimus cum dicit verbum: ac ſi dicatur nata ſapientia: vt ſit ⁊ filius ⁊ imago. Et hec duo cū dicūtur: id eſt nata ſapiētia in vno eoꝝ eo q̄ nata eſt ⁊ verbū ⁊ imago ⁊ filius intelligat: ⁊ in his omnibus nominibus nō oſtēdatur eſſentia: q2 relatiue dicunt. At in altero qđ eſt ſapiētia: quoniam ⁊ ad ſe dicitur: ſeipa enim ſapiens eſt: etiam eſſentia demonſtretur: ⁊ hoc eius eē quod ſape. Unde pater ⁊ filius ſimul vna ſapiētia: quia vna eſſentia: ⁊ ſigillatim ſapientia de ſapientia: ſicut eſſentia de eſſentia. Quapropter nō quia pater nō eſt filius: ⁊ filius nō eſt pater: aut ille ingenitus: ille aūt genitus: ideo nō vna eſſentia: quia his nominibus relatiua eoꝝ oſtendunt. Uterq; aūt ſimul vna ſapiētia: ⁊ vna eſſentia: vbi hoc eſt eſſe qđ ſape: nō aūt ſimul vterq; verbuȝ aut filius: q2 nō h eſt eſſe qđ verbū: aut filiū eſſe: ſicut iā ſatis oſtendimus iſta relatiue dici.

De ſapiētia a deo genita vel creata. Capitulū. iii

Cur ergo in ſcripturis nūq; fere de ſapiētia quicq; dicitur: niſi vt oſtēdatur a deo genita vel creata: genita ſcȝ ꝑ quā facta ſunt omnia: creata vero vel facta: ſicut in hominib9 cū ad eā que nō creata ⁊ facta: ſ genita eſt cōuertunt ⁊ illuſtrant. In ipis eīn fit aliquid qđ vocet eorum ſapiētia: vel illud ſcripturis ꝓnunciātibus aut narrantib9 qđ verbū caro fa- Joh.j
ctū eſt ⁊ habitauit in nobis: hoc mō enim xp̄us facta ſapiētia eſt: quia factus eſt homo. An ꝓpterea nō loquit in illis libris ſapiētia: vel de illa dicit aliquid: niſi q̄ eā de deo natam oſtēdat: aut factā: q̄uis ſit ⁊ pater ipe ſapiētia: quia illa nobis ſapiētia cōmēdanda erat ⁊ imitanda: cui9 imitatione formamur. Pater eīn eā dicit vt verbū ei9 ſit: nō quō ꝓfertur ex ore verbū ſonās: aut ante ꝓnunciationē cogitatur. Spacijs eīn tpm hoc cōpletur: illud aūt eternū eſt: ⁊ illuminādo dicit nobis ⁊ de ſe ⁊ de patre: qđ
dicendum eſt hoībus. Ideoq; ait: Nemo Math.xj
nouit filiū niſi pater: ⁊ nemo nouit patrem niſi filius: ⁊ cui voluerit filius reuelare: q2 ꝑ filium reuelat pater: id ē ꝑ verbū ſuū. Si eīn hoc verbū quod nos proferim9 tpale ⁊ tranſitoriuȝ: ⁊ ſeipm oſtēdit: ⁊ illud de quo
loquimur: quātomagis verbū dei: ꝑ quod Joh.j
facta ſunt oīa: quod ita oſtēdit patrē ſicuti eſt pater: q2 ⁊ ipm ita eſt: ⁊ hoc eſt qđ pater ſcđm quod ſapiētia eſt ⁊ eſſentia: nam ſecundū q̄ verbuȝ: non hoc eſt qđ pater: q2 verbum nō eſt pater: ⁊ verbum relatiue dicitur ſicut filius: quod vtiq; non pater. Et ideo xp̄us virtus ⁊ ſapientia dei: q2 de patre virtute ⁊ ſapiētia: etiā ipe virtus ⁊ ſapientia eſt: ſicut lumē dei de patre lumine: et fons vite apud deū patrē: vtiq; fontē vite.
Qm̄ apud te inquit ꝓpheta: eſt fons vite: Ps.35
⁊ in lumine tuo videbim9 lumē: q2 ſicut pa
ter habet vitā in ſemetipo: ſic dedit filio ha Joh.5
bere vitam in ſemetipo: ⁊ erat lumē veruȝ Ibidem.j
quod illuminat omnē hominē venientē in hunc mundū: ⁊ lumen hoc vbū erat apud
deū: ſed ⁊ deus erat verbū. Deus autē lu- j.Joh.j
men eſt: ⁊ tenebre in eo nō ſunt vlle: lumen vero nō corpale ſ ſpiritale. Neq; ita ſpiritale vt illuminatiōe factū ſit: queādmoduȝ

Math.5 dictū eſt apoſtolis: Uos eſtis lumen mun-
di: ſ; lumen quod illuminat omnē hominē:
ea ipa ⁊ ſumma ſapiētia deus: vnde nunc
agimus. Sapientia vero filius de ſapien-
tia patre: ſicut lumen de lumine: ⁊ deus de
deo: vt ⁊ ſingulus pater lumē: ⁊ ſingulus fi
lius lumen: ⁊ ſingulus pater deus: ⁊ ſingu
lus filius deus: ergo ⁊ ſingulus pater ſapi
entia: ⁊ ſingulus fili⁹ ſapiētia. Et ſic vtrūq;
ſimul vnū lumen: ⁊ vnus deus: ſic vtrunq;
j.Cor.j vna ſapiētia. Sʒ filius factus eſt nobis ſa-
piētia a deo: ⁊ iuſticia ⁊ ſanctificatio: q2 tē-
poraliter nos ad illum cōuertimur: id ē ex
aliquo tempore: vt cū illo maneam⁹ in eter
Joh.j num. Et ipe ex quodā tempore verbū caro
factū eſt: ⁊ habitauit in nobis. Propterea
igit cū ꝓnunciaꝫ in ſcripturis aut narratur
aliquid de ſapientia ſiue dicēte ipa: ſiue cū
de illa dicitur: filius nobis potiſſimū inſi-
nuaꝫ. Cuius imaginis exemplo ⁊ nos nō
diſcedamus a deo: q2 ⁊ nos imago dei ſu-
mus. Nō quidem equalis: facta quippe a
patre p filium: nō nata de patre: ſicut illa.
Et nos quia illuminamur lumine: illa ve-
ro quia lumē illuminans: ⁊ ideo illa ſine ex
emplo nobis exēplum eſt. Neq; eñ imita-
tur precedentē aliquē ad patrē a quo nun
q̄ eſt oīno ſeparabilis: quia idipm̄ ē quod
ille de quo eſt. Nos aūt nitentes imitamur
manentē: ⁊ ſequimur ſtantē. Et in ipo am-
bulantes tendimus ad ipm̄: q2 factus ē no
bis via tēporalis p humilitatē: que māſio
nobis eterna eſt p diuinitatē. Quoniā q̄p-
pe ſpiritibus mūdis intellectualib⁹ qui ſu-
perbia nō lapſi ſunt: in forma dei: ⁊ deo eq̄
lis ⁊ deus pbet exēplum: vt ſe idē exēpluʒ
redeundi etiā lapſo pberet homini: qui ꝓp-
ter immūdiciam peccatorū penāq; morta
Phil.2 litatis deum videre nō poterat: ſemetipm̄
exinaniuit: nō mutando diuinitatē ſuaʒ: ſ;
noſtram mutabilitatē aſſumēdo: ⁊ formaʒ
j.Thes.j ſerui accipiens: venit ad nos in hunc mun
Joh.j dum: qui in hoc mundo erat: quia mūdus
p eū factus eſt: vt exēplum ſurſum videnti
bus deū: exēplum deorſum mirātibus ho-
minē. Exemplū ſanis ad pmanenduʒ: ex-
emplum infirmis ad cōualeſcendū: exem-
plum morituris ad nō timendū: exempluʒ
mortuis ad reſurgēdū eſſet: in omnib⁹ ipe
Colo.j primatū tenens. Quia eñ homo ad beati
tudinē ſequi nō debebat niſi deum: ⁊ ſenti
re non poterat deū: ſequēdo deum homi-
nem factuʒ ſequeretur ſimul: ⁊ quē ſentire
poterat ⁊ quē ſequi deberet. Amemus er-
go eum ⁊ inhereamus illi: caritate diffuſa Roma.5
in cordibus noſtris p ſpiritū ſanctū qui da
tus eſt nobis. Non igiꝫ mirū ſi propter ex
emplū qđ nobis vt reformaremur ad ima-
ginē dei prebet imago equalis patri: cū de
ſapiētia ſcriptura loquiꝫ: de filio loquitur
quē ſequimur viuēdo ſapienter: q̄uis ⁊ pa
ter ſit ſapiētia ſicut lumē ⁊ de⁹. Spiritus q3
ſanctus ſiue ſūma caritas vtrūq; ꝯiungēs
noſq; ſubiungēs. Quod ideo nō indigne
diciꝫ q2 ſcriptuʒ eſt: Deus caritas eſt: quō j.Joh.4
nō eſt etiā ſapientia: cū ſit lumē: qm̄ deus
lumen eſt: ſiue ergo hoc modo ſiue alio nō
eſſentia ſpūſſancti ſigillatim ac ꝓprie nomi
nāda ē eſt qm̄ de⁹ eſt: vtiq; lumē eſt. Et qm̄
lumen eſt: vtiq; ſapiētia eſt. Deum aūt eē
ſpiritū ſanctū: ſcriptura clamat apud apo-
ſtolū qui dicit: Neſcitis q2 templū dei eſtis: j.Cor.3
ſtatimq; ſubijcit: Et ſpūs dei habitat in vo
bis. Deus eñ habitat in templo ſuo. Nō
eñ tanq̄ miniſter habitat ſpirit⁹ dei in tē-
plo dei: cū alio loco euidētius dicat: Neſci j.Cor.6
tis q2 corpora veſtra tēplū in vobis eſt ſpi
ritusſancti quē habetis a deo: ⁊ nō eſtis ve
ſtri: empti eñ eſtis pcio magno: glorifica-
te ⁊ portate deū in corpe veſtro. Quid eſt
aūt ſapientia niſi lumē ſpiritale ⁊ incōmu-
tabile? Eſt eñ ⁊ ſol iſte lumē ſ; corpale ē: ⁊
ſpiritaꝫ creatura lumē: ſ; nō incōmutabile.
Lumen ergo pater: lumen filius: lumē ſpi-
ritusſanctus. Simul autē nō tria lumina: ſ;
vnū lumen. Et ideo ſapientia pater: ſapiē
tia filius: ſapiētia ſpiritusſanct⁹: ⁊ ſimul nō
tres ſapientie: ſ; vna ſapientia: ⁊ quia hoc
eſt ibi eſſe quod ſape: vna eſſentia pater ⁊
filius ⁊ ſpiritusſanct⁹. Nec aliud eſt ibi eſſe
q̄ deū eſſe. Unus ergo deus: pater ⁊ fili⁹ ⁊
ſpiritusſanctus.

¶ Quid vel a grecis vel a latinis neceſſe fuerit dici de ineffabili trinitate. ¶ Ca. iiii

ITaq; loquēdi cauſa de ineffabili-
bus vt fari aliquo modo poſſim⁹
qđ effari nullomō poſſum⁹: dictū
eſt a noſtris greci vna eſſentia: tres ſubſtā-
tie: a latinis aūt vna eſſentia vel ſubſtātia:
tres pſone: quia ſicut iam diximus: nō ali-
ter in ſermone noſtro: id eſt latino eſſentia
q̄ ſubſtātia ſolet intelligi. Et dū intelligaꝫ
ſaltē in enigmate qđ dicit: placuit ita dici
vt diceretꝫ aliquid cū quereretꝫ qđ tria ſint:
q̄ tria eē fides vera ꝓnūciat: cū ⁊ patrē nō
dicit eſſe filiū: ⁊ ſpiritūſanctū qđ eſt donuʒ
dei nec patrē dicit eſſe nec filium. Cū ergo

querit quid tria: vel q̄d tres: ꝯferimus nos
ad inueniendū aliq̄d ſpeciale vel generale
nomen quo cōplectamur hec tria: neq; oc
currit animo qꝛ excedit ſupeminētia diui-
nitatis vſitati eloquij facultatē. Verius em̄
cogitat deus q̄ꝫ dicitur: et verius eſt q̄ꝫ cogi-
tat. Cū em̄ dicimus: nō eundē eſſe iacob
qui eſt abraā: iſaac aūt nec abraā eſſe nec
iacob: tres eſſe vtiq; fatemur abraā iſaac et
iacob. Sed cū querit quid tres: reſpondē-
mus tres hoīes: nomine ſpeciali eos plu-
raliter appellantes: generali aūt ſi dicam⁹
tria aīalia: homo em̄ ſicut veteres diffinie-
runt: animal eſt rationale: mortale. Aut ſi-
cut ſcripture noſtre loqui ſolent: tres aīas
cū a parte meliore totū appellari placet: id
eſt ab anima: cū corpus et anima ſit tot⁹ ho
mo. Ita quippe dictū eſt in egyptū deſcen
diſſe cū iacob animas ſeptuagintaquinq;:
ꝓ tot hominibus. Itē cū dicimus equum
tuū nō eū eſſe qui me⁹ eſt: et tertiū alicuius
alterius: nec meū eſſe nec tuū: fatemur tres
eſſe. Et interrogāti quid tres: reſpondem⁹
tres equos nomine ſpeciali: generali autē
tria animalia. Itē cū dicim⁹ bouē non eſſe
equū: canē vero nec bouē eſſe nec equū:
tria quedā dicimus: et ꝑcūctantib⁹ q̄d tria:
nō iā ſpeciale nomīe dicimus tres equos:
aut tres boues: aut tres canes: quia nō ea-
dē ſpecie continētur: ſꝫ generali tria aīalia:
ſiue ſuperiore genere tres ſubſtantias: vel
tres creaturas: vel tres naturas. Quecūq;
aūt plurali numero enūciant: ſpecialr̄ vno
nomine etiā generaliter enūciari poſſunt.
Nō aūt oīa que generalr̄ vno nomine ap-
pellant etiā ſpecialiter appellare vno nomi
ne poſſum⁹. Nā tres equos q̄d eſt nomen
ſpeciale: etiā animalia tria dicimus. Equū
vero et bouē: et canē: animalia tria tm̄ dici-
mus vel ſubſtātias que ſunt generalia no-
mina: et ſi q̄d aliud de his generaliter dici
pōt. Tres vero equos: aut boues: aut ca-
nes: q̄ ſpecialia vocabula ſūt: nō ea poſſu-
mus dicē. Ea q̄ppe vno nomine q̄ꝫuis plu
ralr̄ enūciam⁹: que cōiter habent illud q̄d
eo noīe ſignificat. Abraā q̄ppe et iſaac et ia-
cob: cōe habēt id q̄d eſt homo: Itaq; dicū
tur tres homies. Equus q̄ꝫ et bos et canis:
cōmune habent id q̄d eſt animal. Dicunt
ergo tria animalia. Ita tres aliquas lau-
ros: etiā tres arbores dicimus: laurū vero
et murtū: et oleam: tm̄ tres arbores vel tres
ſubſtantias: aut tres naturas: atq; ita tres
lapides: etiā tria corpora: lapidem vero et
lignum et ferrum: tantū tria corpora: vel ſi
quo etiā ſupiore generali nomine dici poſ-
ſunt. Pater ḡ et filius et ſpiritusſanct⁹ qm̄
tres ſunt: queram⁹ quid tres ſūt: et quid cō
mune habeant. Nō em̄ cōmune illis eſt id
q̄d pater eſt: vt inuicē ſibi ſint patres: ſicut
amici: cū relatiue ad alterutrum dicantur:
poſſunt dici tres amici q̄ꝛ inuicem ſibi ſunt.
Non aūt hoc ibi: qꝛ tantū pater ibi pater:
nec duorū pater: ſed vnici filij. Nec tres fi-
lij: cū pater ibi nō ſit filius nec ſpiritusſanc
tus. Nec tres ſpiritusſancti: qꝛ et ſpūſſanc-
tus ꝓpria ſignificatione qua etiā donum
dei dicit nec pater nec filius. Quid igitur
tres: Si enī tres pſone: cōmune eſt eis id
quod pſona eſt: ergo ſpeciale hoc: aut ge-
nerale nomē eſt eis: ſi ꝯſuetudinē loquēdi
reſpicim⁹. Sed vbi eſt nature nulla diuer-
ſitas: ita ibi generaliter enunciātur aliqua
plura vt etiā ſpecialiter enunciari poſſint.
Nature em̄ differētia facit: vt laurus et mir
tus: et olea: aut equus: aut bos: aut canis:
nō dicant ſpeciali nomine: iſte tres lauri:
aut illi tres boues: ſꝫ generali: vt iſte tres ar
bores: et illa tria animalia. Hic vō vbi nul
la eſt eſſentie diuerſitas: oportet vt ſpecia-
le nomē habeant hec tria: quod tamē non
inuenitur. Nam pſona generale nomē eſt:
intantū vt etiā homo poſſit hoc dici: cū tm̄
interſit inter hominē et deū. Deinde in ipo
generali vocabulo: ſi propterea dicimus
tres pſonas: quia cōmune eſt eis id quod
pſona ē. Alioquin nullo modo poſſunt ita
dici: queadmodū nō dicuntur tres filij: qꝛ
non cōmune eſt eis id quod eſt filius: cur
non etiā tres deos dicimus: certe em̄ quia
pater pſona: et filius pſona: et ſpūſſanctus
pſona: ideo tres pſone. Quia ergo pat̄ de-
us: et filius deus: et ſpiritusſanctus de⁹: cur
nō tres dij: Aut qm̄ propter ineffabilē cō-
iunctionē hec tria ſimul vnus deus: cur nō
etiā vna pſona: vt ita nō poſſimus dicere
tres pſonas: q̄ꝫuis ſingulam quāq; appel-
lemus pſonam: quē admodum non poſſu
mus dicere tres deos: q̄ꝫuis quēq; ſingulū
appellemus deū: ſiue patrem: ſiue filium: ſi-
ue ſpiritūſanctū. An quia ſcriptura nō di-
cit tres deos: ſed nec tres pſonas alicubi
ſcripturā cōmemorare inuenim⁹. An quia
nec tres: nec vnam pſonā ſcriptura dicit
hec tria. Legimus em̄ pſonam domini: nō
pſonam dominum: propterea licuit loquē
di et diſputādi neceſſitate tres pſonas dice
re: non quia ſcriptura dicit: ſed qꝛ ſcriptu-

ra nõ cõtradicit. Si aũt diceremus tres de
Deut. 6 os: ꝯtradiceret ſcriptura dicẽs: Audi iſra-
el: dñs deus tuus deus vnus eſt. Cur ergo
⁊ tres eſſentias nõ licet dicere: qꝺ ſimiliter
ſcriptura ſicut nõ dicit: ita nec cõtradicit.
Nam eẽntia ſi ſpeciale nomen eſt cõmune
tribꝰ: cur nõ dicanꝛ tres eſſentie: ſicut abra
am iſaac ⁊ iacob: tres hoies: qꝛ homo ſpe-
ciale nomẽ eſt cõmune omnibus hoibus.
Si autẽ ſpeciale nomen nõ eſt eẽntia ꝫ ge-
nerale: qꝛ homo ⁊ pecus ⁊ arbor ⁊ ſidus ⁊
angelus dicitur eẽntia: cur nõ dicũtur iſte
tres eſſentie: ſicut tres equi dicunꝛ tria ani
malia: ⁊ tres lauri dicuntur tres arbores: ⁊
tres lapides tria corpora: Aut ſi ꝓpter vni
tatem trinitatis nõ dicuntur tres eſſentie ꝫ
vna eſſentia: cur non ꝓpter eandẽ vnitatẽ
non dicũtur tres ſubſtantie: vel perſone: ꝫ
vna ſubſtãtia ⁊ vna ꝑſona: Qꝛ enim eſt il-
lis cõmune nomẽ eſſentie: ita vt ſingulus
quiſqꝫ dicaꝛ eẽntia: tam illis cõmune ẽ vel
ſubſtãtie vel ꝑſone vocabulũ. Quod eniꝫ
de ꝑſonis ſcd̃m noſtrã: hoc de ſubſtantijs
ſꝫm grecorũ conſuetudinẽ ea que diximus
oportet intelligi. Sic eñ dicũt illi tres ſub
ſtantias vnã eẽntiam: queãdmodũ nos di
cimus tres ꝑſonas: vnã eſſentiam vel ſub-
ſtantiaꝫ. Quid igiꝛ reſtat: niſi vt fateamur
loquendi neceſſitate parta hec vocabula:
cũ opus eſſet copioſa diſputatione aduer-
ſum inſidias vel errores hereticorũ: Cum
eñ conareꝛ humana inopia loquẽdo ꝓfer
re ad hominũ ſenſus: qꝺ in ſecretario men
tis ꝓ captu tenet: de dño deo creatore ſuo:
ſiue ꝑ piã fidem: ſiue ꝑ qualemcũqꝫ intelli
gentiã: timuit dicere tres eẽntias: ne intelli
gereꝛ in illa ſũma eq̃litate vlla diuerſitas.
Rurſus nõ eẽ tria quedã: nõ poterat dice
re qꝺ ſabellius: qꝛ dixit: in hereſim lapſus
eſt. Certiſſime q̃ppe ⁊ de ſcripturis cogno-
ſciꝛ qꝺ pie credendum eſt: ⁊ aſpectu mẽtis
ndubitata ꝑceptione ꝑſtringiꝛ: ⁊ patrẽ eẽ
⁊ filiũ ⁊ ſpiritumſanctũ: nec eũdẽ filiuꝫ eſſe
qui pater eſt: nec ſpiritũſanctũ eundẽ pa-
trem eſſe vel filium. Queſiuit quid tria di-
ceret: ⁊ dixit ſubſtantias ſiue ꝑſonas: qui-
bus nominibus nõ diuerſitatẽ intelligi vo
luit: ꝫ ſingularitatẽ voluit: vt non ſoluꝫ ibi
vnitas intelligatur: ex eo ꝙ diciꝛ vna eẽn-
tia: ſed ⁊ trinitas: ex eo ꝙ dicũtur tres ſub-
ſtãtie vel ꝑſone. Nam ſi hoc eſt deo eſſe qꝺ
ſubſiſtere: ita nõ erant dicende tres ſubſtã
tie: vt nõ dicuntur tres eſſentie: queãdmo-
dũ qꝛ hoc eſt deo eſſe qꝺ ſapẽ: ſicut nõ tres
eſſentias: ita nec tres ſapientias dicimus.
Sic eñ qꝛ hoc illi eſt deũ eẽ qꝺ eſt eẽ: tam
tres eſſentias q̃ꝫ tres deos dici fas nõ eſt.
Si aũt aliud eſt deo eſſe: aliud ſubſiſtere:
ſicut aliud deo eſſe: aliud patrem eſſe vel
dñm eſſe: quod eñ eſt ad ſe diciꝛ: pater au
tẽ ad filiũ: ⁊ dñs ad ſeruientẽ creaturã dici
tur: relatiue ergo ſubſiſtit: ſicut relatiue gi-
gnit: ⁊ relatiue dñatur. Ita iam ſubſtantia
nõ erit ſubſtãtia: qꝛ relatiuum erit. Sic eñ
ab eo qꝺ eſt eſſe appellaꝛ eſſentia: ita ab eo
qꝺ eſt ſubſiſtere ſubſtantiã dicimus. Ab-
ſurdũ eſt aũt: vt ſubſtantia relatiue dicaꝛ.
Omnis eñ res ad ſeipam ſubſiſtit: quan-
tomagis deus. Si tamen dignũ eſt: vt de-
us dicatur ſubſiſtere.

De ſubſtantia ⁊ eſſentia.

Ca. V

De his eñ rebus recte intelligitur:
in quibus ſubiectis: ſunt ea que in
aliquo ſubiecto eſſe dicũtur: ſicut
color aut forma in corpore. Corpus eñ ſꝫ
ſiſtit: ⁊ ideo ſubſtantia eſt. Illa vero in ſub
ſiſtente atqꝫ ſubiecto corꝑe: que nõ ſubſtã
tie ſunt: ꝫ in ſubſtãtia: ⁊ ideo ſi eſſe deſinat:
vel ille color: vel illa forma: nõ adimũt cor
pori eſſe corpus: quia nõ hoc ei eſt eſſe: qꝺ
illam vel illam formã coloremve retinere.
Res vero mutabiles neqꝫ ſimplices pro-
prie dicuntur ſubſtantie. Deus aũt ſi ſub-
ſiſtit vt ſubſtantia ꝓprie dici poſſit: ineſt in
eo aliq̇d tãqꝫ in ſubiecto: ⁊ nõ eſt ſimplex:
cui hoc ſit eſſe quod illi eſt: ⁊ quicq̇d aliud
de illo ad illum dicitur: ſicut magnus: om-
nipotẽs: bonus: ⁊ ſi quid huiuſmõi de deo
nõ incõgrue dicitur. Nefas eſt autẽ dicere
vt ſubſiſtat: ⁊ ſubſit deus bonitati ſue: atqꝫ
illa bonitas nõ ſubſtantia ſit vel potius eſ
ſentia: neqꝫ ipe deus ſit bonitas ſua: ꝫ in il
lo ſit tanqꝫ in ſubiecto. Unde manifeſtum
eſt deũ abuſiue ſubſtantiã vocari: vt nomi
ne vſitatiore intelligaꝛ eſſentia: quod vere
⁊ ꝓprie diciꝛ: ita vt fortaſſe ſolũ deum dici
oporteat eſſentiam. Eſt eñ vere ſolus: qui
incõmutabilis eſt: idqꝫ nomen ſuũ famulo
ſuo moyſi enũciauit: cũ ait: Ego ſum q̇ ſũ. Exo. 3
Et dices ad eos: qui eſt miſit me ad vos.
Sꝫ tamẽ ſiue eẽntia dicatur qꝺ ꝓprie dici-
tur: ſiue ſubſtantia qꝺ abuſiue: vtrũqꝫ ad
ſe dicitur: nõ relatiue ad aliq̇d. Unde hoc
eſt deo eſſe quod ſubſiſtere: ⁊ ideo ſi vna eſ
ſentia trinitas: vna etiã ſubſtãtia: fortaſſis
igitur cõmodius dicuntur tres perſone: q̃ꝫ
tres ſubſtantie.

De tribus perſonis vnius eſſen
tie. Ca. VI

SEd ne vobis videar ſuffragari: ſꝫ
quoqꝫ requiramus. Quã q̃ illi ſi
vellent ſicut dicunt tres ſubſtanti
as: tres hypoſtaſes: poſſent dicere tres per
ſonas: tria proſopa. Illud aũt maluerũt:
quod forte ſm lingue ſue conſuetudinẽ ap
tius diceretur. Nãqꝫ ⁊ in pſonis eadẽ ra
tio eſt. Non eñ aliud eſt deo eſſe: aliud p
ſonã eſſe: ſed oĩno idem. Nam ſi eſſe ad ſe
dicitur: perſona vero relatiue: ſic dicamus
tres pſonas patrẽ ⁊ filiũ ⁊ ſpiritumſanctũ:
queadmodũ dicũtur aliqui tres amici: aut
tres ꝓpinqui: aut tres vicini: ꝙ ſint adinui
cem: nõ ꝙ vnuſquiſqꝫ eorum ſit ad ſeipm̃.
Quapropter quilibet ex eis amicus eſt du
orũ ceterorum: aut ꝓpinquus: aut vicin⁹:
qꝛ hec nomina relatiuam ſignificationẽ ha
bent. Quid ergo nõ placet vt dicam⁹ pa
trem perſonã eſſe filij ⁊ ſpiritusſancti: aut fi
lium perſonã eſſe patris ⁊ ſpiritusſancti: aut
ſpiritũ ſanctũ perſonã eſſe patris ⁊ filij: Sꝫ
neqꝫ perſona ita dici alicubi ſolet: neqꝫ in
hac trinitate cum dicimus perſonã patris:
aliud dicimus qꝫ ſubſtantiã patris. Quo
circa vt ſubſtantia patris ipe pater eſt: nõ
quo pater eſt: ſed quo eſt: ita ⁊ pſona patris
nõ aliud qꝫ ipe pater eſt: ad ſe quippe dici
tur pſona: nõ ad filiuꝫ: vel ſpiritũſanctuꝫ:
ſicut ad ſe dicitur deus: ⁊ magnus: ⁊ bon⁹:
⁊ iuſtus: ⁊ ſi quid aliud huiuſmõi. Et quẽ
admodũ hoc illi eſt eẽ qđ deũ eſſe: qđ mag
nũ: qđ bonũ eẽ: ita hoc illi eſt eẽ: qđ perſo
nam eſſe. Cur ergo non hec tria ſimul vnã
pſonã dicim⁹: ſicut vnã eſſentiã ⁊ vnũ deũ:
ſed tres dicimus pſonas: cũ tres deos: aut
tres eſſentias nõ dicamus: niſi qꝛ volum⁹:
vel vnũ aliquod vocabulũ ſeruire huic ſi
gnificationi qua intelligit trinitas: ne om
nino taceremus interrogãti: quid tres: cuꝫ
tres eſſe fateremur? Nam ſi genus eſt eſſen
tia: ſpecies aũt ſubſtãtia ſiue pſona: vt nõ
nulli ſentiunt: omitto illud quod iam dixi:
oportere appellare tres eſſentias: vt appel
lant tres ſubſtãtie vel pſone: ſicut appellã
tur tres equi eadẽqꝫ aĩalia tria: cũ ſit ſpeci
es equ⁹: animal gen⁹. Neqꝫ eñ ſpecies ibi
pluraliter dicta eſt: ⁊ genus ſingulariter: tã
qꝫ diceretur tres equi vnũ animal: ſed ſicut
tres equi ſpeciali nomine: ita tria animalia
generali nomine. Qꝛ ſi dicũt ſubſtãtie: vel
pſone nomine nõ ſpeciẽ ſignificari: ſed ali
quid ſingulare atqꝫ indiuiduũ: vt ſubſtan
tia vel pſona: nõ ita dicat ſicut dicit homo
quod cõmune eſt oĩbus hoĩbus. Sed quõ
dicitur hic homo: velut abraam: velut iſa
ac: velut iacob: vel ſi quis alius qui etiã di
gito pſens demõſtrari poſſit: ſic quoqꝫ illos
eadẽ ratio ꝯſequet. Sicut eñ dicunt abra
am iſaac ⁊ iacob tria indiuidua: ita tres ho
mines: ⁊ tres anime. Cur ğ pater ⁊ filius ⁊
ſpiritusſanctus: ſi ſm genus ⁊ ſpeciẽ ⁊ indi
uiduũ etiã iſta differimus: nõ ita dicuntur
tres eẽntie vt tres ſubſtantie ſeu pſone: ſed
hec vt dixi omitto. Illud dico: ſi eẽntia ge
nus eſt: vna eẽntia iam nõ habet ſpecies:
ſicut qꝛ genus eſt animal: vnũ aĩal iam nõ
habet ſpecies. Non ſunt ergo tres ſpecies
vnius eẽntie: pat̃ ⁊ filius ⁊ ſpiritusſanct⁹.
Si aũt ſpẽs eſt eẽntia: ſicut ſpecies eſt ho
mo: tres vero ille quas appellam⁹ ſubſtan
tias ſiue pſonas: ſic eandẽ ſpeciẽ cõmuni
ter habent: queadmodũ abraam ⁊ iſaac et
iacob: ſpeciẽ que homo dicitur cõmuniter
habent: nõ ſicut homo ſubdiuidit in abra
am iſaac ⁊ iacob: ita vnus homo ⁊ in aliqs
ſingulos homines ſubdiuidi põt: oĩno eñ
nõ poteſt: qꝛ vnus homo iam ſingulus ho
mo eſt. Cur ergo vna eſſentia in tres ſub
ſtantias: vel pſonas ſubdiuidit? Nam ſi eſ
ſentia ſpecies eſt ſicut homo: ſic eſt vna eſ
ſentia ſicut vnus homo: an ſicut dicimus
aliquos tres hoĩes eiuſdẽ ſexus: eiuſdẽ tẽ
perationis corpis: eiuſdẽqꝫ animi vnã eſſe
naturã: tres eñ ſunt hoĩes: ſꝫ vna natura.
Sic etiã ibi dicim⁹ tres ſbſtãtias vnã eſſen
tiã: aut tres pſonas vnã ſbſtantiã vel eſſen
tiã. Hoc vero vtcunqꝫ ſimile eſt: qꝛ ⁊ vete
res q̃ latine locuti ſũt: añqꝫ haberẽt iſta no
mina: que nõdiu eſt vt in vſum venerunt:
id eſt eẽntiã vel ſubſtantiã ꝓ his naturã di
cebant. Nõ itaqꝫ ſecũdum genus ⁊ ſpeci
es iſta dicimus: ſed quaſi ſm cõmunẽ ean
demqꝫ materiem. Sicut ex eodem auro ſi fie
rent tres ſtatue: diceremꝰ tres ſtatuas vnũ
aurum: nec tamẽ diceremus genus aurũ:
ſpecies autẽ ſtatuas: nec aurũ ſpeciem: ſta
tuas vero indiuidua. Nulla quippe ſpeci
es indiuidua ſua tranſgreditur: vt aliquid
extra cõprehendat. Cũ eñ diffiniero quid
ſit homo: quod eſt nomen ſpeciale: ſinguli
quiqꝫ homines qui ſũt indiuidua eadẽ dif
finitione cõtinentur: nec aliquid ad eã ꝑti
net quod homo non ſit. Cũ vero aurũ dif
finiero: nõ ſole ſtatue ſi auree fuerint: ſed ⁊
anuli: ⁊ ſi quid aliud de auro fuerit ad au
rum pertinebit: ⁊ ſi nihil inde fiat: aurum

dicitur:qꝛ etiā ſi nō ſint auree: nō ideo nō
erūt ſtatue. Item nulla ſpecies excedit dif
finitionē generis ſui. Cū eñ diffiniero ani
mal:qm̄ generis huius ſpecies eſt equus:
omniſ equus animal eſt:nō aūt ſtatua ois
aurū eſt. Ideo ꝙuis in tribus ſtatuis au-
reis:recte dicamus tres ſtatuas vnū auꝝ:
nō tn̄ ita dicimus vt genus auruꝫ:ſpecies
vero ſtatuas itelligamus. Nec ſic ergo tri-
nitatē dicimus tres ꝑſonas vel ſubſtātias:
vnam eſſentiā ⁊ vnuꝫ deum: tanꝙ ex vna
materia tria quedā ſubſiſtāt: etiā ſi q̄cq̄d il
lud eſt:in his tribus explicatū ſit. Nō eniꝫ
aliquid aliud eius eſſentie eſt:preter iſtam
trinitatē:tamē tres ꝑſonas eiuſdē eſſentie
vel tres ꝑſonas vnā eſſentiā dicimus:tres
aūt ꝑſonas ex eadē eſſentia non dicimus:
quaſi aliud ibi ſit qd̄ eſſentia ē:aliud quod
ꝑſona:ſicut tres ſtatuas ex eodē auro poſ-
ſumus dicere. Aliud eñ illic eſt eſſe aurū:
aliud eſſe ſtatuas. Et cū dicunꝛ tres hoies
vna natura:vel tres hoies eiuſdē nature:
poſſunt etiā dici tres homines ex eadē na-
tura:qꝛ ex eadeꝫ natura:⁊ alij tres homies
pn̄t exiſtere. In illa vero eſſentia trinitatꝭ:
nullo mō alia q̄libet ꝑſona ex eadē eſſentia
pōt exiſtere. Deinde in hiſ rebus nō tm̄ eſt
vnus homo: quantū tres hoies ſimul. Et
plus ſunt aliq̄d hoies duo:ꝙ vnus homo.
Et in ſtatuis equalib⁹ plus auri eſt tres ſi-
mul:ꝙ ſingule ſtatue:⁊ minus auri eſt vna
ꝙ due. At in deo nō ita eſt. Nō eñ maioꝛ
eſſentia eſt pater ⁊ filius ⁊ ſpiritusſanct⁹ ſi-
mul ꝙ ſolus pater aut fili⁹. Sed tres ſimul
ille ſubſtātie ſiue ꝑſone ſi ita dicende ſunt:
I.Cor.2 equales ſunt ſingulis:qd̄ aialis homo nō
ꝑcipit. Nō eñ poteſt cogitare niſi moles ⁊
ſpacia:vel minuta vel grandia volitātib⁹
in aio eius phātaſmatibus: tanꝙ imagini
bus corporum. Ex qua imundicia donec
purgeꝛ:credat in patrē ⁊ filiū ⁊ ſpiritūſanc
tum:vnū deum:ſolum:magnū:omnipotē
tem:bonū :iuſtū:miſericordē:omniū viſi-
biliū ⁊ inuiſibiliū conditorē: ⁊ quicq̄d de il
lo ꝑ hūana facultate digne vereꝙ dici po
teſt. Neꝙ cū audierit patrē ſolū deū: ſepa
ret inde filiuꝫ:aut ſpiritūſctm̄. Cū eo q̇ppe
ſolus deus:cū quo ⁊ vnus de⁹ eſt:qꝛ ⁊ fili-
um cū audimus ſolū deū ſine vlla ſepara-
tione patris aut ſpiritusſancti oportet acci
ꝑere:atꝙ ita dicat vnā eſſentiā:vt nō exiſti
met aliud alio vel mai⁹ vel melius: vel ex
aliq̄ parte diuerſū. Nō tn̄ vt pater ipſe ſit ⁊
filius:⁊ ſpūſſanct⁹:⁊ quicq̄d aliud ad alte-
rutrū ſingula dicunꝛ:ſicut verbū quod nō
dicitꝛ niſi filius:aut donū quod nō dicitur
niſi ſpūſſanct⁹:ꝓpter quod etiā pluralē nu
merū admittūt:ſicut in euangelio ſcriptuꝫ
eſt:Ego ⁊ pater vnū ſumus. Et vnū dixit: Joh.10
⁊ ſumus. Unū ſm eſſentiā qd̄ idē deus:ſu
mus ſcd̄m relatiuū:quod ille pater:hic fili
us. Aliqñ ⁊ tacetur vnitas eſſentie:⁊ ſola
pluraliter relatiua cōmemorantur. Venie Ibidē.14
mus ad eū ego ⁊ pater:⁊ habitabim⁹ apud
eū. Veniemus ⁊ habitabim⁹ pluralis nu-
merus eſt:qꝛ p̄dictū eſt:Ego ⁊ pater:id eſt
pater ⁊ fili⁹:que relatiue adinuicē dicunꝛ.
Aliqñ latenter oino:ſicut in geneſi: Faci- Gen.1
amus hominē ad imaginē ⁊ ſimilitudineꝫ
noſtrā. Et faciam⁹:⁊ noſtrā:pluraliter di-
ctū eſt:⁊ niſi ex relatiuiſ accipi nō pōt. Nō
eñ vt facerēt dij:aut ad imaginē ⁊ ſimilitu
dinē deoꝝ:ſed vt facerēt pater ⁊ filius ⁊ ſpi
ritusſanct⁹ ad imaginē pr̄is ⁊ filij ⁊ ſpūſſan
cti:vt ſubſiſteret homo imago dei. De⁹ au
tē trinitas. Sed quia nō omnino equalis
fiebat illa imago dei:tanꝙ nō ab illo nata:
ſed ab eo creata. Hui⁹ rei ſignificāde cau-
ſa ita imago eſt:vt ad imaginē ſit: id eſt nō
equaꝛ paritate: ſꝫ quadā ſimilitudine ac-
cedit. Non eñ locoꝝ interuallis:ſed ſimi-
litudine accedit ad deum:⁊ diſſimilitudi-
ne recedit ab eo. Sunt eñ qui ita diſting-
uunt:vt imaginē velint eſſe filium: hoiem
vero nō imaginē:ſed ad imaginē. Refel-
lit aūt eos apoſtolus dicēs: Vir quidē nō I.Cor.
debet velare caput:cum ſit imago ⁊ gloria
dei. Nō dixit ad imaginē:ſed imago. Que
tn̄ imago cū alibi dicitur: Ad imaginē:nō Gen.1
quaſi ad filiū dicitur:que imago equalis ē
patri:alioquin nō diceret ad imaginē no-
ſtrā. Quomodo eñ noſtram:cū filius ſo-
lius patris imago ſit:Sed ꝓpter imparem
vt diximus ſimilitudinē: dictus eſt homo
ad imaginē:⁊ ideo noſtrā: vt imago trini-
tatis eſſet homo: nō trinitati equalis ſicut
filius patri:ſed accedēs vt dictū eſt q̄dam
ſimilitudine:ſicut in diſtantibus ſignificaꝛ
quedā vicinitas:non loci:ſed cuiuſdā imi
tationis. Ad hoc enim eis ⁊ dicitꝛ: Refor- Rom.
mamini in nouitate mentis veſtre. Quib⁹
item dicit: Eſtote itaꝙ imitatores dei ſicut Eph.
filij cariſſimi. Nouo enim homini dicitur:
Qui renouatur in agnitionē dei: ſecundū Colo.
imaginē eius qui creauit eū. Aut ſi iā pla-
cet propter diſputādi neceſſitatē: etiaꝫ ex-
ceptis nominibus relatiuis pluralē nume-
rum admittē:vel vno nomine reſpōdeaꝛ:

cũ querit̃: q̃d tria: ⁊ dicere tres ſubſtãtias: ſiue tres pſonas: nulle moles aut interualla cogitent̃: nulla diſtãtia quãtulecũq3 diſſimilitudinis: aut vt intelligat̃ aliud alio vł paulo min⁹ quocũq3 mõ minus eſſe aliud alio põt: vt neq3 pſonar̃ ſit cõfuſio: nec talis diſtinctio qua ſit impar aliq̃d. Qđ ſi intellectu capi nõ põt: fide teneat̃: donec illuceſcat in cordibus ille: q̃ ait p̃ pphetã: Niſi credideritis nõ intelligetis.

¶ Explicit liber ſeptimus.

¶ Incipiũt capl'a libri octaui.

i ¶ De indifferenti magnitudine trinitatis: in qua non eſt plus ipa trinitas ſimul q̃3 ſingula queq3 pſona.

ij ¶ Qz de eſſentia veritatis que eſt trinitas deus: nihil corporeũ neq3 mutabile debeat cogitari.

iij ¶ De vero ⁊ ſummo ⁊ vno bono.

iiij ¶ De dilectione in deũ p̃ fidem.

v ¶ De ſacramẽto incarnationis dñi: et ſaluatoris noſtri ieſu chriſti.

vj ¶ Quid in ſctis q̃s ñ vidim⁹ diligam⁹.

vij ¶ De vera dilectione.

viij ¶ Qz qui fratrẽ diligit deũ diligat: qui amat ⁊ ipſa3 dilectionẽ que ex deo ⁊ deus eſt.

ix ¶ Qz ex ea forma qua diligitur iuſtus: diligatur deus: quia nõ põt ea q̃ dilectionẽ excitat forma nõ diligi: eadẽq3 ẽ deus: qz deus caritas eſt.

x ¶ De amãte ⁊ qđ amatur ⁊ amore.

¶ Aurelij auguſtini proemiũ in librum octauum.

DIximus alibi ea dici ppꝛie in illa trinitate diſtincte ad ſinglas perſonas pertinẽtia: que relatiue dicunt̃ ad inuicẽ: ſicut pater ⁊ filius ⁊ vtriuſq3 donũ ſpũſſanctus. Non eñ pater trinitas: aut fili⁹ trinitas: aut trinitas donũ. Qz vero ad ſe dicunt̃ ſinguli: nõ dici pluraliter tres: ſed vnã ipam trinitatẽ: ſicut deus pater: deus fili⁹: deus ſpũſ ſanctus. Et dñs pater: dñs filius: dñs ſpirituſſctũs. Et oĩpotens pater: oĩpotẽs filius: oĩpotens ſpũſſanctus. Nec tñ tres dij: aut tres dñi: aut tres oĩpotẽtes. Sz vn⁹ deus: dñs: oĩpotẽs: ipa trinitas: ⁊ quicq̃d aliud: nõ ad inuicẽ relatiue: ſed ad ſe ſinguli dicunt̃. Hoc eñ ſm eſſentia3 dicunt̃: qz h̃ eſt ibi eẽ: q₫ magnũ eẽ: q₫ bonũ eẽ: q₫ ſapiẽtẽ eẽ: ⁊ quicq̃d aliud ad ſe vnaqueq3 ibi pſona: vel ipſa trinitas dicit̃. Jdeoq3 dici tres pſonas: vel tres ſubſtantias: nõ vt aliq̃ intelligat̃ diuerſitas eſſentie: ſ3 vt vel vno aliquo vocabulo reſpõderi poſſit: cũ dicitur quid tres: vel q̃d tria: tantãq3 eſſe eq̃litate3 in ea trinitate: vt nõ ſolũ pater nõ ſit maioꝛ q̃3 filius: qđ attinet ad diuinitate3: ſed nec pater ⁊ fili⁹ ſimul maius aliq̃d ſint q̃3 ſpũſſanctus: aut ſingula queq3 pſona quelibet triũ: minus aliq̃d ſit q̃3 ipa trinitas. Dicta ſunt hec: ⁊ ſi ſepius verſando repetant̃: familiari⁹ quidẽ innoteſcũt. Sz ⁊ modus aliq̃s adhibẽdus eſt: deoq3 ſupplicãdũ deuotiſſima pietate: vt intellectũ aperiat: ⁊ ſtudiũ cõtentionis abſumat: quo poſſit mente cerni eſſentia veritatis: ſine vlla mole: ſine vlla mobilitate. Nũc itaq3 inquãtũ ipe adiuuat creatoꝛ mire miſericoꝛs: attẽdamus hec que mõ tã interioꝛa q̃3 ſupioꝛa tractabimus: cũ ſit eadẽ ſeruata illa regula: vt qđ intellectui nr̃o nõdũ eluxerit: a firmitate fidei nõ dimittatur.

¶ De indifferẽti magnitudine trinitatis in qua non eſt plus ipa trinitas ſimul q̃3 ſingula queq3 perſona. ¶ Ca. i

DIcimus eñ nõ eſſe in hac trinitate maius aliq̃d duas aut tres pſonas q̃3 vnã earũ: qđ nõ capit pſuetudo carnalis: nõ ob aliud niſi qz vera que creata ſũt ſentit vt põt: veritatẽ aũt ipam qua creata ſunt nõ põt intueri. Nã ſi poſſet: nullomõ eſſet lux iſta corpoꝛea manifeſtioꝛ q̃3 h̃ qđ diximus. Jn ſubſtãtia quippe veritat̃: qm̃ ſola vera eſt: nõ eſt maioꝛ aliqua: niſi q̃ verius eſt. Quicq̃d autẽ intelligibile atq3 incõmutabile eſt: nõ aliud alio verius eſt: qz eque incõmutabilit̃ eternũ eſt. Nec qđ ibi magnũ dicit̃: aliunde magnũ eſt: q̃3 eo qđ vere eſt. Quapropter vbi magnitudo ipa veritas eſt: quicq̃d plus habet magnitudinis: neceſſe ẽ vt plus habeat v̾itat̃. Quicq̃d ergo plus veritatis nõ habet: nõ habet plus etiã magnitudinis. Poꝛro quicquid plus habet veritatis: pfecto verius eſt: ſic maius eſt qđ plus habet magnitudinis: h̃ ergo ibi eſt maius qđ verius. Nõ aũt verius eſt pater ⁊ fili⁹ ſimul: q̃3 ſingulus pater: aut ſingulus filius. Nõ igitur maius aliq̃d vtrũq3 ſimul: q̃3 ſingulũ eoꝛũ. Et qm̃ eque vere eſt etiã ſpũſſanctus: nec pater ⁊ filius ſimul: maius aliquid eſt q̃3 ipe: qz nec verius eſt. Pater quoq3 ⁊ ſpirituſſanct⁹ ſimul: qm̃ veritate non ſuperant filium. Non eñ

veriꝰ ſunt: nec magnitudine ſuperāt. Atq; ita filius ⁊ ſpūſſanctꝰ ſimul: tā magnū aliq̇d ſunt: q̄ pater ſolus: qꝛ tā vere ſunt. Sic ⁊ ipa trinitas tā magnum eſt: q̄ vnaqueq; ibi ꝑſona. Nō eñ ibi maioꝛ eſt: q̄ verioꝛ nō eſt: vbi eſt ipſa veritas magnitudo. Quia in eſſentia veritatꝭ: hoc eſt verꝝ eē qḋ ē eſſe: ⁊ h̄ eſt eē qḋ eſt magnū eſſe: hoc ḡ magnū eſſe: qḋ verꝝ eſſe. Qḋ igitꝛ ibi eque verꝝ eſt: etiā eque magnū ſit: neceſſe eſt.

Q̄ꝛ de eẽntia veritatis q̄ eſt trinitas deꝰ nihil corporeū neq; mutabile debeat cogitari. Ca. II

In corporibꝰ aūt fieri pōt: vt eque verū ſit hoc aurū atq; illud: ſ; maius hoc ſit q̄ illud: qꝛ nō eadē ibi eſt magnitudo q̄ veritas. Aliudq; illi ē aurū eſſe: aliud magnū eſſe. Sic ⁊ i animi natura: ſꝫm ꝙ dicitur magnus animꝰ: nō ſꝫm hoc dicitꝛ verus animꝰ. Animū eñ verꝝ habet etiā qui nō eſt magnanimꝰ: q̄nquidem corꝑis ⁊ animi eẽntia: nō eſt ipius v̇itatis eſſentia: ſicut eſt trinitas deꝰ vnꝰ: ſolus: magnus: verus: verax: veritas. Quē ſi cogitare conamur quantū ſinit ⁊ donat: nullus cogitetꝛ ꝑ locoꝝ ſpacia cōtactus aut cōplexus: quaſi triū corpoꝝ nulla cōpago iuncture: ſicut tricorpem geryonē fabule ferūt: ſ; quicq̇d animo tale occurrerit: vt maiꝰ ſit in tribꝰ q̄ in ſingulis: minuſq; in vno q̄ in duobꝰ: ſine vlla dubitatōe reſpuatꝛ. Ita.n. reſpuitꝛ eſſe corporeū. In ſpiritalibus aūt: omne mutabile qḋ occurrerit nō putetꝛ deus. Nō eñ parue noticie ꝑs eſt: cū de ꝓfundo iſto in illā ſummitatē reſpiramꝰ: ſi antequā ſcire poſſumꝰ q̇d ſit deus: poſſumꝰ iā ſcire q̇d nō ſit. Nō eſt eñ certe nec terra: nec celū: nec q̄ſi terra ⁊ celū: nec tale aliq̇d quale videmꝰ in celo: nec q̇dquid tale nō videmus: ⁊ eſt fortaſſis in celo. Nec ſi augeas imaginatōe cogitatiōis lucē ſolis quātum potes: ſiue quo ſit maioꝛ: ſiue q̊ ſit clarioꝛ: millies tm̄: aut inumerabilr̄: neq; h̄ eſt deꝰ. Nec ſicut cogitantꝛ angeli mūdi ſpūs celeſtia corꝑa inſpirātes: atq; ad arbitriū quo ſeruiūt deo nutantes atq; verſantes: nec ſi oēs cū ſint milia miliū in vnū collati: vnus fiant: nec tale aliq̇d deus eſt. Nec ſi eoſdē ſpiritꝰ ſine corꝑibus cogites: qḋ quidē carnali cogitatiōi difficillimū eſt. Ecce vide ſi potes O aia p̄grauata corꝑe qḋ corrūpitꝛ: ⁊ onuſta terrenis cogitatiōibꝰ multis ⁊ varijs: ecce vide ſi potes: deꝰ veritas ē. Hoc
i. Joh. i eñ ſcriptū eſt: Q̄m deus lux ē: nō quō iſti oculi vident: ſ; quō videt coꝛ: cū audit veritas ē. Noli q̄rere quid ſit veritas: ſtatim eñ ſe opponūt caligines imaginū corꝑalium: ⁊ nubila phātaſmatū: ⁊ ꝑturbabūt ſerenitatē: q̄ p̄mo ictu diluxit tibi: cū dicerē veritas. Ecce in ipo p̄mo ictu: q̊ velut coruſcatione ꝑſtringeris: cum dicitꝛ veritas. Mane ſi potes: ſ; nō potes. Relaberis in iſta ſolita atq; terrena. Quo tandē pondē q̄ſo relaberis niſi ſoꝛdiū ꝯtractaꝝ cupiditatis viſco ⁊ ꝑegrinatiōis erroꝛibus.

De vero ſummo ⁊ vno bono. Ca. III

Ecce iterū vide ſi potes. Nō amas certe niſi bonū: qꝛ bona eſt terra altitudine montiū ⁊ tēperamēto colliū: ⁊ planicie campoꝝ: ⁊ bonū p̄diū: amenum ⁊ fertile: ⁊ bona domus paribꝰ mēbrꝭ diſpoſita: ⁊ ampla: ⁊ lucida: ⁊ bona animalia animata corꝑa: ⁊ bonus aer modeſtus ⁊ ſalubꝛis: ⁊ bonꝰ cibus ſuauis atq; aptus valitudini: ⁊ bona valitudo ſine doloꝛibꝰ ⁊ laſſitudine: ⁊ bona facies hoīs dimēſa pariliter ⁊ affecta hilariter ⁊ luculēter colorata. Et bonus animꝰ amici ꝯſenſiōis dulcedine ⁊ amoꝛis fide. Et bonꝰ vir iuſtus: ⁊ bone diuitie: qꝛ facile expediūt. Et bonū celū cū ſole ⁊ luna ⁊ ſtellis ſuis. Et boni angeli ſctā obediētia. Et bona locutio ſuauiter docēs: ⁊ ꝯgruēter monēs audientē. Et bonum carmē: canoꝝ numeris: ⁊ ſentētijs graue. Quid plura ⁊ plura? Bonū hoc et bonū illud. Tolle h̄ ⁊ illud: ⁊ vide ipm bonū ſi potes: ita deū videbis: Nō alio bono bonū: ſed bonū oīs boni. Neq; eñ in his oībus bonis vel q̄ cōmemoꝛaui: vel q̄ alia cernūtꝛ ſiue cogitantꝛ: diceremuſ aliud alio melius cū vere iudicamus: niſi eſſet nobis imp̄ſſa notio ipius boni: ſꝫm ꝙ ⁊ ꝓbaremꝰ aliquid: ⁊ aliud alij p̄poneremꝰ. Sic amādus deus: nō h̄ ⁊ illud bonū: ſ; ipm bonū. Querendū eñ bonū aīe: nō cui ſuꝑuolitet iudicādo: ſed cui hereat amando. Et quid h̄ niſi deꝰ? Nō bonus animus: aut bonus angelus: aut bonū celū: ſed bonum bonū. Sic eñ forte faciliꝰ aduertitꝛ: q̇d velim dicere. Cū eñ audio (verbi grā) ꝙ dicitꝛ animus bonus: ſicut duo verba ſunt: ita ex eis verbis duo quedā intelligo. Aliud q̊ animus eſt: aliud q̊ bonus. Et quidē vt animꝰ eſſet: nō egit ipe aliquid. Nō eñ iam erat: qui ageret vt eſſet. Ut aūt ſit bonꝰ animus: video agendū eſſe volūtate: nō qꝛ idipm quo animꝰ eſt: nō eſt aliquid boni (Nā vn̄

iam dicit ꝛ veriſſime dicit corpoꝛe melioꝛ) ſed ideo nondū dicit bon⁹ anim⁹: qꝛ reſtat ei actio volūtatis: qua ſit pſtantioꝛ: quā ſi neglexerit: iure culpat: recteq; dicit nō bonus anim⁹. Diſtat eīm ab eo q̄ hoc agit. Et qꝛ ille laudabilis: pfecto iſte qui h̄ nō agit vitupabilis ē. Cū vo agit h̄ ſtudio: ꝛ fit bonus anim⁹: niſi ſe ad aliqd cōuertat qḋ ipe nō eſt: nō pōt h̄ aſſequi. Quo ſe aūt cōuertit vt fiat bon⁹ anim⁹: niſi ad bonū: cū hoc amat ꝛ appetit: ꝛ adipiſcit. Vñ ſi rurſus ſe auertat: fiatq; nō bon⁹: hoc ipo ꝙ ſe auertit a bono: niſi maneat i ſe illud bonū vnde ſe auertit: nō eſt q̄ ſe iterū ſi voluerit emendare cōuertat. Quapropt nulla eſſent mutabilia bona: niſi eſſet incōmutabile bonū. Cū itaq; audis bonū h̄ et bonū illud: que poſſunt alias dici etiā nō bona: ſi potueris ſine illis q̄ pticipatiōe boni bona ſunt: pſpicere ipm bonū: cui⁹ pticipatiōe bona ſunt. ſimul eīm ꝛ ipm intelligis cum audis h̄ aut illud bonū. Si g̃ potueris: illis detractis p ſeipm pſpicere bonū: pſpexeris deū. Et ſi amore inheſeris: continuo beatificaberis. Pudeat aūt cū alia nō ament: niſi qꝛ bona ſunt: eis inherēdo nō amare bonū ipm: vñ bona ſūt. Illḋ etiā qḋ anim⁹ tantū qꝛ ē anim⁹: etiā nōdū eo mō bon⁹ q̄ ſe cōuertit ad incōmutabile bonū: ſed vt dixi tm̄ anim⁹: cū ita nobis placet vt eū omni etiā luci corpoꝛee cū bn̄ intelligim⁹ pferam⁹: nō in ſeipo nobis placet: ſed i illa arte qua fact⁹ ē. Inde eīm approbat fact⁹ vbi videt fuiſſe faciēdus: hec eſt veritas: et ſimplex bonū. Nō eīm ē aliud aliqd q̄ ipm bonū: ac per h̄ etiā ſūmū bonū. Nō eīm minui vel augeri bonū pōt: niſi qḋ ex alio bono bonū ē. Ad hoc ſe igit anim⁹ cōuertit vt bon⁹ ſit: a quo habet vt anim⁹ ſit. Tūc g̃ volūtas nature cōgruit vt pficiat i bono anim⁹: cum illud bonū diligit cōuerſione volūtatis: vñ eſt ꝛ illud qḋ nō amittit: nec auerſione volūtatis. Auertēdo eīm ſeſe a ſūmo bono: amittit anim⁹ vt ſit bon⁹ anim⁹: nō aūt amittit vt ſit anim⁹: cū ꝛ hoc iā bonū ſit corpe melius. hoc g̃ amittit volūtas: quod volūtas adipiſcit. Iā eīm erat anim⁹ q̄ puerti ad id vellet a quo erat. Qui aūt vellet eē anteq; eſſet: nōdū erat: ꝛ hoc eſt bonū noſtrū: vbi videm⁹ vtrū eſſe debuerit aut debeat q̄cquid eſſe debuiſſe: aut debere cophendimus: ꝛ vbi videm⁹ eſſe nō potuiſſe niſi eſſe debuiſſet: quicqd etiā quō eſſe debuerit cōphendim⁹. Hoc ergo bonū nō longe poſitū eſt ab vnoquoq; noſtrū. In illo eīm viuim⁹: mouemur: ꝛ ſum⁹. Act. 17

De dilectione in deum per fidem. Capitulū. iiii.

Sed dilectione ſtandū eſt ad illud: et inherendū illi: vt pſente pfruamur a quo ſum⁹: quo abſente nec eſſe poſſum⁹. Cū eīm p fidē adhuc ambula- 2. Cor. 5
m⁹: nō p ſpeciē: nōdū vtiq; videm⁹ deum. ſicut idē ait: facie ad faciē: quē tñ niſi nunc iam diligam⁹: nūq; videbimus. Sed quis diligit qḋ ignorat? Sciri eīm aliquid ꝛ non diligi pōt. Diligi autē quod neſcit: quero vtrū poſſit: quia ſi nō poteſt: nemo diligit deū anteq; ſciat. Et quid eſt deū ſcire: niſi eū mēte pſpicere: firmeq; pcipe? Nō enim corpus eſt vt carneis oculis inquirat. Ez ꝛ priuſq; valeam⁹ conſpicere atq; pcipere deū: ſicut pſpici ꝛ pcipi poteſt: qḋ mundis cordibus licet. Beati eīm mūdicordes: qꝛ Math. 5
deū videbūt. niſi pfidem diligat: nō poterit coꝛ mundari: quo ad eum videndum ſit aptum ꝛ idoneū. Vbi ſunt eīm illa tria: propter que in animo edificanda: omniū diuinoꝝ libroꝝ machinamēta cōſurgūt: fides: ſpes: caritas: niſi in aīo credēte qḋ nōdum videt: ꝛ ſperāte atq; amāte qḋ credit. amatur ergo ꝛ qḋ ignorat: ſed tñ credit. Nimirū aūt cauendū eſt: ne credēs anim⁹ id qḋ nō videt fingat ſibi aliquid qḋ nō eſt: ꝛ ſperet diligatq; quod falſū eſt. Qḋ ſi fit: non j. Thi. j
erit caritas de coꝛde puro ꝛ conſcientia bona: ꝛ fide non ficta: que finis precepti eſt: ſicut apoſtolus dicit. Neceſſe eſt aūt cū aliqua corpoꝛalia lecta vel audita que nō vidimus: credim⁹: fingat ſibi aliquid anim⁹ i lineamētis formiſq; corpoꝛū: ſicut occurrerit cogitanti: qḋ aut verū non ſit: aut etiā ſi verū eſt quod rariſſime poteſt accidere: nō hoc tamen fide vt teneam⁹ quicq; prodeſt ſed aliud aliquid vtile: quod per hoc inſinuatur. Quis enim legentium vel audientium que ſcripſit apoſtolus paul⁹: vel que de illo ſcripta ſunt: nō fingat animo: ꝛ ipſius apoſtoli faciem: ꝛ omnium quoꝝ ibi nomina cōmemoꝛantur? Et cū ni tanta hominū multitudie quib⁹ ille littere noteſcūt: alius aliter lineamēta figuraſq; illoꝝ coꝛpoꝝ cogitet: vtiq; incertū eſt. Neq; ibi occupatur fides noſtra: qua facie coꝛpoꝛis fuerint illi homines: ſed tantū quia p dei gratiam ita vixerunt: ꝛ ea geſſerūt que ſcriptura illa teſtat: hoc ꝛ vtile eſt credere: ꝛ nō deſperandum: ꝛ appetendū. Nā ꝛ ipſius do-

bem quã deſuper cerno cum eundẽ homi-
nem quẽ viderã cogito imperturbabili eter-
nitate ꝑfundit. Item cum arcum pulchre
⁊ equaliter intortũ quẽ vidi: verbi gratia:
carthagini animo reuoluo: res quedã mẽ-
ti nunciata ꝑ oculos memorieqʒ transfuſa
imaginarũ conſpectũ facit. Sed aliud mẽ-
te cõſpicio ſꝫm qđ mihi opus illud placet:
vnde etiã ſi diſpliceret: corrigerẽ. Itaqʒ de
iſtis ſꝫm illam iudicamus: et illã cernimus
rationalis mẽtis intuitu. Iſta ṽo aut ꝑſen-
tia ſenſu corporis tangim⁹: aut imagines
abſentiũ fixas ĩ memoria recordamur: aut
ex earum ſimilitudine talia fingimus: qua-
lia noſipſi ſi vellemus atqʒ poſſemus: etiam
opere moliremur. Aliter eñ figurãtes ani-
mo imagines corporũ: aut ꝑ corpus cor-
pora videntes: alit aũt rõnes artẽqʒ ineffa-
biliter pulchrã taliũ figurarũ ſuꝑ aciẽ mẽ-
tis ſimplici intelligẽtia capiẽtes.

¶ De verbo quod mens ex eterna concipit veritate. ¶ Capl'm. VII.

IN illa igit̃ eterna veritate ex qua tem-
poralia facta ſunt omnia: formã ſꝫm
quam ſumus: et ſcđm quã vel in no-
bis vel in corporibus vera ⁊ recta ratione
aliquid oꝑamur viſu mẽtis aſpicim⁹: atqʒ
inde conceptã rerũ veracẽ noticiaʒ: tanqʒ
verbũ apud nos habemus: ⁊ dicendo int⁹
gignimus: nec a nobis naſcendo diſcedit.
Cum autẽ ad alios loquimur: verbo intus
manenti miniſteriũ vocis adhibemus: aut
alicuius ſigni corporalis: vt ꝑ quandã cõ-
memoratõeʒ ſenſibilẽ tale aliquid fiat etiã
in animo audientis: quale de loquẽtis ani-
mo nõ recedit. Nihil itaqʒ agimus ꝑ mem-
bra corporis in factis dictiſqʒ noſtris: qui-
bus vel approbant' vel improbant' mores
hominũ: quod nõ verbo apud nos intus
edito ꝑuenimus. Nemo eñ volens aliq̃d
facit: quod non in corde ſuo prius dixerit.
Qđ verbũ amore cõcipitur: ſiue creature:
ſiue creatoris: id eſt aut nature mutabilis:
aut incõmutabilis veritatis.

¶ Quali amore diligi debeat creatura. ¶ Capitulũ. VIII.

ERgo aut cupiditate: aut caritate:
non quo nõ ſit amanda creatura:
ſed ſi ad creatorẽ refert' ille amor:
non iam cupiditas ſed caritas erit. Tunc
enim eſt cupiditas cum propter ſe amatur
creatura. tunc non vtentem adiuuat: ſed
corrumpit fruentem. Cuʒ ergo aut par no-
bis: aut inferior creatura ſit: inferiore vten-
dum eſt ad deũ: pari auteʒ fruendũ: ſed in
deo. Sicut eñ teipſo: non in teipſo frui de-
bes: ſed in eo qui fecit te. Sic etiã illo: quẽ
diligis: tanqʒ teipſo: et nobis ergo ⁊ fratri-
bus ĩ domino fruamur: ⁊ inde nos nec ad
noſmetipſos remittere: et quaſi relaxare
deorſum verſus audeamus. Naſcit' auteʒ
verbũ cum excogitatũ placet: aut ad pec-
candũ aut ad recte faciendũ. Verbũ ergo
noſtrum et mentem de qua gignitur quaſi
medius amor coniungit: ſeqʒ cum eis ter-
tium complexu incorporeo ſine vlla cõfu-
ſione cõſtringit.

¶ Quo differat dilectio rerũ ſpiritalium ab amore carnalium. ¶ Capitulũ. IX.

COnceptũ aũt verbum ⁊ natum id
ipm̃ eſt: cũ volũtas in ipſa noticia
ꝯquieſcit qđ fit ĩ amore ſpiritaliũ.

tñ ergo mẽtis antecedit appetit⁹ q̄dã: quo id quod noſſe volumus: querendo ⁊ inueniendo naſcitur proles ipſa noticia: ac per hoc appetitus ille quo cõcipitur pariturq̄ noticia: partus ⁊ proles recte dici non poteſt. Ideoq̄ appetitus quo inhiatur rei cognoſcẽde: fit amor cognite: dum tenet atq̄ amplectit̄ placitam prolẽ: id eſt noticiam gignentiq̄ cõiungit. Et eſt quedã imago trinitatis: ipſa mens ⁊ noticia ei⁹: quod eſt proles ei⁹: ac de ſeipſa verbũ eius: et amor tertius: ⁊ hec tria vnũ atq̄ vna ſubſtantia. Nec minor proles: dũ tantã ſe nouit mẽs quãta eſt: nec minor amor dũ tantũ ſe diligit quãtũ nouit ⁊ quãta eſt.

¶ Explicit liber nonus.

¶ Incipiũt capitula libri decimi.

i ¶ De ſtudijs diſcere amantium quod ignorãt: qḋ tñ nõ expeterẽt ſcire ſi penit⁹ ignorarẽt.

ij ¶ Quibus cauſis amari videnť cognita: cum ipſa ſcientia eorum que neſcim⁹ expetitur.

iij ¶ An incognita ſibi ſit mens cũ ſe q̄rit vt nouerit.

iiij ¶ De ꝓprijs mentis que non poteſt ignorare.

v ¶ In quo mens noſſe ſe debeat: ⁊ a q̄bus abſtinere ne eis quaſi ꝓprijs delecteť: atq̄ in ſe minus nouerit.

vj ¶ In quib⁹ mens de ſe cogitans poſſit errare.

vij ¶ De opinionibus eorum qui mentẽ aliquid precipuũ corporis eẽ ſenſerunt.

viij ¶ Qꝛ mens noſſe ſe querens: nihil de ſe corporeũ debet cogitare.

ix ¶ Quomõ mens cognoſcit ſeipſam.

x ¶ Qꝛ mens noſſe ſe cupiẽs nihil eorũ de ſe opinari debeat: de quib⁹ ſcit eſſe dubitandũ.

xj ¶ De memoria: intelligẽtia ⁊ volũtate: in quib⁹ mens habet in ſe quãdam imaginẽ diuine trinitatis.

xij ¶ De querẽda imagine trinitatis etiã in his que anima ex corporis ſenſibus cõcipit.

¶ Aurelij Auguſtini epiſcopi de trinitate liber decimus incipit.

¶ De ſtudijs diſcere amantium quod ignorant: quod tamen non expeterent ſcire ſi penitus ignorarent. Capitulũ. i.

NUnc ad ea ipſa cõſequẽter enodatius explicanda limatior accedat intẽtio. Ac primũ qꝛ rem prorſus ignotã amare omino nullus poteſt: diligenter intuendum eſt cuiuſmodi ſit amor ſtudentiũ: id eſt nõ iam ſcientium: ſed adhuc ſcire cupientiũ quãq̄ doctrinã. Et in his quippe rebus in quibus non vſitate dicit̄ ſtudiũ: ſolent exiſtere amores ex auditu: dum cuiuſq̄ pulchritudinis fama ad videndũ ac fruendum animus accenditur: quia generaliter nouit corpoꝝ pulchritudines: ex eo q̄ plurimas vidit: ⁊ ineſt intrinſecus vnde approbetur: cui forin ecus inhiat̄. Quod cum ſit: nõ rei penitus incognite amor excitatur: cuius genus ita notũ eſt. Cum autem virũ bonum amamus: cuius faciẽ nõ vidimus: ex noticia virtutũ amam⁹: quas nouim⁹ in ipſa veritate. Ad doctrinas autem cognoſcendas: plerũq̄ nos laudantiũ atq̄ predicantiũ accendit auctoritas. Attamẽ niſi breuiter impſſam cuiuſq̄ doctrine haberemus in animo notionẽ: nullo ad eã diſcendã ſtudio flagrarem⁹. Quis enim ſciẽde: verbi gratia: rhetorice vllam curam ⁊ operam impenderet: niſi ante ſciret eam dicendi eſſe ſcientiam? Aliquãdo etiam ipſarum doctrinarum fines auditos expertoſve miramur: et ex hoc inardeſcimus facultatem comparare diſcendo qua ad eos peruenire poſſimus. Tanq̄ ſi litteras neſcienti dicatur: quãdam eſſe doctrinam qua quiſq̄ valeat: q̄uis longe abſenti verba mittere manu facta in ſilentio: que rurſus ille cui mittunť nõ auribus: ſed oculis colligat: idq̄ fieri videat. Nonne dum concupiſcit noſſe quod id poſſit: omni ſtudio circa illum finem mouetur: quẽ iam notũ tenet? Sic accenduntur ſtudia diſcentiũ. Nam quod quiſq̄ ꝓrſus ignorat: amare nullo pacto poteſt. Ita etiã ſignum ſi quis audiat incognitũ: veluti verbi alicuius ſonũ quo quid ſignificeť ignorat: cupit ſcire quid nam ſit: id eſt ſonus ille cui rei cõmemorande inſtitut⁹ ſit: veluti audiat cum dicitur temetũ: ⁊ ignorãs quid ſit: requirat.

Jam itaqꝫ oportet vt nouerit ſignū eſſe: id
eſt nō eſſe inanē illā vocē: ſed aliquid ea ſi-
gnificari. Alioqn iā notū ē h̕ triſſyllabū: et
articulatā ſpeciē ſuā impſſit animo ꝑ ſenſū
auriū. Quid amplius in eo requirat̃: quo
magꝭ inoteſcat: cuiꝰ oēs lr̄e oiaqꝫ ſoni ſpa-
cia nota ſunt: niſi qꝛ ſimul īnotuit ſignū eē:
mouitqꝫ ſciendi cupiditatē: cuiꝰ rei ſignum
ſit. Quo igit̃ amplius notū eſt: ſ; nō plene
notū eſt: eo cupit animꝰ de illo noſſe quod
reliquū ē. Si eīm tm̄mō eſſe iſtā vocē noſ-
ſet: eamqꝫ alicuiꝰ rei ſignū eē nō noſſet: ni-
hil iam quereret de ſenſibili re: quantū po-
terat ſentiendo ꝑcepta. Quia v̊o non ſolū
eſſe vocē: ſed ⁊ ſignū eſſe iā nouit: ꝑfecte id
noſſe vult. Neqꝫ vllū ꝑfecte ſignū noſcit̃:
niſi cuiꝰ rei ſignū ſit: cog̃ſcat̃. Hoc g̃ q̄ ar-
denti cura querit vt nouerit: ſtudioqꝫ accē-
ſus inſiſtit: nō p̄t dici eē ſine amore. Quid
igit̃ amat? Certe eīm amari aliq̇d niſi notū
nō pōt. Neqꝫ ille iſtas tres ſyllabas amat:
quas iam notas hꝫ. Qꝛ ſi hoc in eis amat:
qꝛ ſcit eas ſignificare aliquid: nō inde nūc
agit̃: nō eīm hoc noſſe querit. Sed in eo qꝺ
ſcire ſtudet quid amet: inq̇rimꝰ: qꝺ ꝓfecto
nondum nouit: ⁊ propterea miramur: cur
amet: qm̄ firmiſſime nouimꝰ amari niſi no-
ta nō poſſe. Quid ergo amat: niſi qꝛ nouit
atqꝫ intuet̃ in rationibꝰ rerū q̄ ſit pulchritu-
do doctrine: qua cōtinent̃ noticie ſignorū
oim: ⁊ que ſit vtilitas in ea peritia: qua int̃
ſe hūana ſocietas ſenſa cōmunicat: ne ſibi
hoim cetus deteriores ſint: quauis ſolitu-
dine: ſi cogitatōnes ſuas colloquēdo non
miſceant̃. Hāc ergo ſpeciē decorē ⁊ vtilem
cernit aīa: ⁊ nouit: ⁊ amat: eāqꝫ in ſe perfici
ſtudet quantū poteſt: quiſq̇s vocū ſignifi-
cantiū: quecūqꝫ ignorat: inq̇rit. Aliud eſt
eīm qꝺ eam in veritatis luce cōſpicit: aliud
qꝺ in ſua facultate cōcupiſcit. Cōcupiſcit
nāqꝫ in luce veritatis: ꝙ̄ magnū et ꝙ̄ bo-
nū ſit: omnes omniū gentiū linguas intel-
ligere ac loq̇: nullāqꝫ vt alienigena audire
et a nullo ita audiri. Cuiꝰ noticie decꝰ: co-
gitatione iam cernit̃: amaturqꝫ res nota q̄
ita ꝯſpicit̃: atqꝫ inflāmat ſtudia diſcentiū:
vt circa eam moueant̃: eiqꝫ inhient ī omni
opera: quā impēdunt cōſequēde tali facul-
tati: vt etiā vſu amplectant̃ qꝺ ratione p̄-
noſcunt: atqꝫ ita quiſqꝫ cui facultati ſpe ꝓ-
pinquat: ei feruētiꝰ amore inardeſcit. Eis
doctrinis quippe ſtudet̃ vehementiꝰ: q̄ ca-
pi poſſe nō deſperant̃. Nā cuiꝰ rei adipiſcē-
de ſpem quiſqꝫ nō gerit: aut tepide amat:
aut oīno nō amat: ꝙ̄uis ꝙ̄ pulchra ſit vi-
deat. Quocirca: qꝛ oim linguaꝝ ſciētia fe-
re ab oibꝰ deſperat̃: ſue gētis quiſqꝫ maxie
ſtudet: vt nouerit. Qꝛ ſi ⁊ illi ad ꝑfectū ꝑci-
piende ſe non ſufficere ſentit: nemo tn̄ tam
deſidioſus eſt huiꝰ noticie: qui nō cū audi-
erit incognitū v̊bū: velit noſſe q̇d illud ſit:
⁊ ſi poteſt: querat ⁊ diſcat. Qꝺ dū querit:
vtiqꝫ in ſtudio diſcendi eſt: ⁊ videt̃ amare
rem incognitā: qꝺ nō ita ē. Species nāqꝫ
illa tangit animū quam nouit ⁊ cogitat: in
qua elucet decꝰ cōſociandoꝝ animoꝝ ī vo-
cibus notis audiendis: atqꝫ reddēdis: ea-
qꝫ accendit ſtudio querētē quidē qꝺ igno-
rat: ſed notā formā quo id ꝑtineat intuen-
tem ⁊ amantē. Itaqꝫ ſi querēti: verbi gra-
tia: q̇d ſit temetū (hoc eīm exēpli cā poſue-
ram) dicat̃: quid ad te ꝑtinet: reſpondebit
Ne forte audiā loquentē: ⁊ nō intelligam:
aut vſpiam forte id legā: ⁊ q̇d ſcriptor ſen-
ſerit neſciā. Quis tandē huic dicat: noli ī-
telligere quod audis: noli noſſe q̇d legis.
Omibꝰ eīm fere animis rōnalibꝰ ī ꝓmptu
ē: ad videndū huiꝰ ꝑitie pulchritudo: qua
hoim inter ſe cogitata: ſignificantiū vocū
enūciatione noſcunt̃: ꝓpter hoc notū de-
cus: ⁊ ob hoc amatū quia notū: ſtudioſe q̄-
ritur verbū illud ignotū. Itaqꝫ cū audierit
atqꝫ cognouerit temetū: a veteribus vinū
appellatū: ſed iam ex vſu loquēdi quē nūc
habemꝰ hoc vocabulū emortuū: ꝓpter nō-
nullos fortaſſe veteꝝ libros ſibi neceſſariū
deputabit. Si aūt ⁊ illos ſupuacaneos ha-
bet: forte iam nec dignū qꝺ memorie com-
mendet exiſtimat: qꝛ videt ad illā ſpeciem
doctrine quā notā mēte intuet̃ atqꝫ amat:
minime ꝑtinere. Qꝛobrē oīs amor ſtudēt̃
animi: hoc eſt volētis ſcire qꝺ neſcit: nō eſt
amor eius rei quā neſcit: ſed eiꝰ quā ſcit: ꝓ-
pter quā vult ſcire qꝺ neſcit: aut ſi tā curio-
ſus eſt: vt non ꝓpter cauſam aliā notā: ſed
ſolo amore rapiat̃ incognita ſciēdi: diſcer-
nendus quidē eſt a ſtudioſi noīe iſte curio-
ſus: ſed nec ipe amat incognita: imo con-
gruentius dicit̃: odit incognita: que nulla
eſſe vult: dum vult oia eſſe cognita. Sꝫ ne
q̇ſqꝫ nobis difficiliorē referat queſtionē: aſ-
ſerens tā non poſſe quēqꝫ odiſſe qꝺ neſcit:
ꝙ̄ non pōt amare qꝺ neſcit: nō reſiſtimus
verbis: ſed intelligendū ē: nō hoc idē dici
cum dicitur: amat ſcire incognita: ac ſi di-
ceretur: amat incognita. Illud enim fieri
poteſt vt amet quiſqꝫ ſcire icognita: vt au-
tem amet incognita nō pōt. Nō eīm fruſtra

ibi eſt poſitũ ſcire. Om̄ qui ſcire amat icõ-
gnita: nõ ipſa incognita: ꝫ ipm̄ ſcire amat.
Qḋ niſi haberet cognitũ neqꝫ ſcire ſe quic-
qꝫ poſſet fidẽter dicere neqꝫ neſcire. Nõ ſo-
lum em̄ ꝗ dicit ſcio: ⁊ verũ dicit: neceſſe eſt
vt quid ſit ſcire ſciat: ſed etiã ꝗ dicit neſcio:
idqꝫ fidẽter ⁊ verũ dicit: ⁊ ſcit verũ ſe dice-
re: ſcit vtiqꝫ quid ſit ſcire: qꝛ et diſcernit ab
ſciente neſcientẽ: cũ veraciter ſe intuẽs di-
cit neſcio. Et cũ ipe ſcit ſe verũ dicere: vn-
de ſciret: ſi quid ſit ſcire: neſciret.

¶ Quib⁹ cauſis amari videnť co-
gnita: cũ ipa ſcietia eorũ que neſci-
mus expetiť. ¶ Capitulũ. II.

Quilibet igiť ſtudioſus: quilibꝫ cu-
rioſus nõ amat icognita: cũ ardẽ-
tiſſimo appetitu inſtat ſcire qḋ ne-
ſcit. Aut em̄ iam genere notũ hꝫ qḋ amat:
idqꝫ noſſe expetit: etiã in aliqua re ſingula:
vel in ſingulis rebus ꝗ illi nõdũ note forte
laudantur: fingitqꝫ animo imaginariã for-
mã qua exciteť i amorẽ. Unde aũt fingit:
niſi ex his ꝗ iam nouerat: Cui tñ forme ani-
mo figurate atqꝫ in cogitatiõe notiſſime: ſi
eã ꝗ laudabať diſſimilẽ inuenerit: fortaſſe
nõ amabit. Qḋ ſi amauerit: ex illo amare
incipiet ex quo didicit: pauloante quippe
alia erat que amabať: quam ſibi anim⁹ for-
mans exhibere cõſueuerat. Si aũt illi for-
me ſimilẽ inuenerit quã fama pdicauerat:
cui vere poſſit dicere: iam te amabam: nec
tũc vtiqꝫ amabat incognitã: quã in illa ſi-
militudine nouerat. Aut i ſpecie ſempiter-
ne rõnis videm⁹ aliquid et ibi amam⁹: qḋ
cum expreſſum in aliqua rei tpalis effigie:
illis ꝗ experti ſunt laudantib⁹ et amam⁹ ⁊ cre
dim⁹: nõ aliquid amam⁹ incognitũ: vñ iaꝫ
ſupra ſatis diſſeruim⁹. Aut aliquid notum
amam⁹: ꝓpter qḋ ignotũ aliquid querim⁹:
cui⁹ ignoti amor nequaqꝫ nos tenet: ꝫ illi⁹
cogniti quo ptinere nouim⁹: vt illud etiam
qḋ adhuc ignotũ querim⁹: nouerimus: ſi-
cut de incognito verbo pauloante locut⁹
ſum. Aut ipſum ſcire quiſqꝫ amat: qḋ nulli
ſcire aliquid cupiẽti eſſe incognitũ poteſt.
His cauſis videnť amare incognita: ꝗ ſci-
re aliqđ volũt qḋ neſciũt: ⁊ ꝓpter ardenti-
orem querẽdi appetitũ ſine amore eſſe dici
nõ poſſunt. Sed qꝫqꝫ ſe res aliter habeat:
nec oĩno quicqꝫ ameť incognituꝫ: arbitror
me pſuaſiſſe verũ diligẽter intuẽtibus. Sꝫ
qꝛ exempla ꝗ dedim⁹ eoꝝ ſunt qui aliquid
qḋ ipi nõ ſunt noſſe cupiũt: videndũ ẽ: ne
forte aliqꝫ nouum genus appareat cum ſe
ipſa mens noſſe deſiderat.

¶ An incognita ſibi ſit mens cũ ſe
querit vt nouerit. ¶ Caplm̄. III.

Quid ergo amat mens: cũ ardẽter
ſeipam querit vt nouerit: dum in-
cognita ſibi eſt: Ecce em̄ mens ſe-
metipſam querit vt nouerit: ⁊ inflãmať hoc
ſtudio. Amat igiť. Sꝫ qđ amat: Seipſam.
Quõ: cũ ſe nondũ nouerit: nec qſqꝫ poſſit
amare qḋ neſcit: An ei fama pdicauit ſpe-
ciẽ ſuã: ſicut de abſentib⁹ ſolemus audire:
Forte ḡ ſe nõ amat: ſed qḋ de ſe fingit hoc
amat. lõge fortaſſe aliud qꝫ ipa eſt: aut ſi ſe
mens ſui ſimilẽ fingit: ⁊ ideo cũ hoc figmẽ-
tum amat: ſe amat anteqꝫ nouerit: qꝛ id qḋ
ſui ſimile eſt intueť. Nouit igiť alias mẽtes
ex quib⁹ ſe fingat: ⁊ genere ipõ ſibi nota ẽ.
Cur ergo cum alias mẽtes nouit: ſe nõ no-
uit: cũ ſeipa nihil poſſit eſſe pſentius: Qꝛ ſi
vt oculis corporis: magis alij oculi noti ſũt:
qꝫ ipi ſibi: nõ ſe ergo querat nunqꝫ inuẽtu-
ra. Nunqꝫ em̄ ſe oculi preter ſpecula vide-
bũt. Nec vllo mõ putandũ eſt etiã reb⁹ in-
corporeis cõtemplãdis tale aliquid adhi-
beri: vt mens tanqꝫ in ſpeculo ſe nouerit.
An i rõne veritatis eterne videt qꝫ ſpecio-
ſum ſit noſſe ſemetipam: ⁊ hoc amat: qḋ vi-
det ſtudetqꝫ in ſe fieri: qꝛ qꝫuis ſibi nota nõ
ſit: notũ tñ ei eſt qꝫ bonũ ſit vt ſibi nota ſit.
Et hoc quidẽ pmirabile ẽ: nõduꝫ ſe noſſe:
⁊ qꝫ ſit pulchrũ ſe noſſe iam noſſe. An ali-
quẽ finẽ optimũ: id eſt ſecuritatẽ ⁊ beatitu-
dinẽ ſuã videt: p quãdã occultã mẽoriã ꝗ
in longinqua eam ꝓgreſſam nõ deſeruit: ⁊
credit ad eundẽ finem: niſi ſeipam cogno-
uerit ſe peruenire nõ poſſe: Ita dum illud
amat hoc querit: et notum amat illud ꝓpť
qḋ querit ignotũ. Sed cur memoria bea-
titudinis ſue potuit: ⁊ memoria ſui cum ea
perdurare non potuit: vt tam ſe noſſet que
vult puenire: qꝫ nouit illud quo vult pue-
nire: An cũ ſe noſſe amat: nõ ſe quã nõdũ
nouit: ſed ipm̄ noſſe amat: acerbiuſqꝫ tole-
rat ſeipſaꝫ deeſſe ſciẽtie ſue: qua vult cũcta
cõprehẽdere: Nouit aũt qđ ſit noſſe: et dũ
hoc amat qḋ nouit etiã ſe cupit noſſe. Ubi
ergo noſſe ſuũ nouit ſi ſe nõ nouit: naꝫ no-
uit qḋ alia nouerit: ſe aũt nõ nouerit. hinc
em̄ nouit: ⁊ qđ ſit noſſe. Quo pacto igiť ſe
aliquid ſcientẽ ſcit: que ſeipſaꝫ neſcit: neqꝫ
em̄ alterã mentẽ ſcientẽ ſcit ꝫ ſeipam. Scit
igiť ſeipam. Deinde cũ ſe querit vt noue-
rit: querentẽ ſe iam nouit. Jam ſe ergo no-
uit. Quapropter non põt oĩno neſcire ſe.

Que dum ſe neſcienteꝫ ſcit: ſe vtiqꝫ ſcit. Si aūt ſe neſciētē neſciat: nō ſe querit vt ſciat. Quapropter eoipſo quo ſe querit: magꝭ ſe ſibi notā q̄ꝫ ignotā eſſe ꝯuincit. Nouit eñ ſe querentē atqꝫ neſcientē: duꝫ ſe querit vt nouerit. Quid ergo dicem⁹? An qđ ex ꝑte ſe nouit: ex parte nō nouit? Sꝫ abſurdū eſt dicere: nō eam totā ſcire qđ ſcit. Non dico totū ſcit: ſꝫ quod ſcit: tota ſcit. Cuꝫ itaqꝫ aliquid de ſe ſcit: qđ niſi tota nō pōt: totam ſe ſcit. Scit aūt ſe aliquid ſcientē: nec pōt q̇c q̄ꝫ ſcire niſi tota. Scit ſe igit totaꝫ. Deinde q̇d eius ei tā notū eſt q̄ꝫ ſe viuere?

De proprijs mentis que nō poteſt ignorare. Ca. iiii

Non poteſt aūt ⁊ mens eſſe et non viuere: quādo habet etiā amplius vt intelligat. Nam ⁊ anime beſtiarū viuūt: ſꝫ nō intelligūt. Sicut ergo mens tota mēs eſt: ſic tota viuit. Nouit aūt viuere ſe. Totā ſe igit nouit. Poſtremo cū ſe noſſe mēs querit: mentē ſe eſſe iā nouit: alioquin vtꝝ ſe querat ignorat: et aliud pro alio forſitan querat. Fieri eñ pōt vt ipā nō ſit mēs: atqꝫ ita dum mentē noſſe querit: nō ſeipām querat. Quapropter qñ cū querit mens quid ſit mens: nouit qđ ſe querat: ꝑfecto nouit qđ ipā ſit mens: porro ſi hoc in ſe nouit qđ mens eſt: ⁊ tota mens eſt: totam ſe nouit. Sed ecce nō ſe nouerit eſſe mentē: cū autē ſe querit: hoc tantūmō nouerit qđ ſe querat. Pōt eñ etiā ſic aliud ꝓ alio querere: ſi hoc neſcit: vt aūt non querat aliud ꝓ alio: ꝓculdubio nouit quid querat. At ſi nouit quid querat: ⁊ ſeipām querit: ſeipām vtiqꝫ nouit. Quid ergo adhuc q̄rit: q᷑ ſi ex parte ſe nouit: ex ꝑte aūt adhuc querit: non ſeipām: ſed partē ſuā querit? Cum eñ eaipā dicit: tota dicit. Deinde q᷑ nouit nōdū ſe a ſe inuentā totā: nouit q̄nta ſit tota. Atqꝫ ita q̄rit quod deeſt: queādmodū ſolemus querere vt veniat in mentē qđ excidit: nec tñ penitus excidit: q᷑ pōt recognoſci cū venerit hoc eē quod querebat. Sed quomō mens veniat in mentē quaſi poſſit mens in mente nō eſſe: huc accedit q᷑ ſi parte inuēta non ſe totā querit: tñ tota ſe querit. Tota ergo ſibi preſto eſt: ⁊ quid adhuc queratur nō eſt: hoc eñ deeſt quod querit: nō illa que querit. Cuꝫ itaqꝫ tota ſe querit nihil eius deeſt. Aut ſi non tota ſe querit: ſꝫ pars que inuēta eſt: querit partē que nōdū inuēta eſt. Nō ſe ergo mēs querit cuius ſe nulla pars querit: pars enim que inuenta eſt: non ſe querit. pars aūt que nondū inuēta eſt: nec ipſa ſe querit: qñ ab ea que iam inuenta eſt parte nō querit. Quocirca quia nec tota ſe mens querit: nec pars eius vlla ſe querit: ſe mens om̄ino non querit.

In quo mens noſſe ſe debeat: ⁊ a quib⁹ abſtinere ne eis quaſi proprijs delectet atqꝫ in ſe minus nouerit. Ca. v

Ut quid ergo ei ꝓceptū eſt: vt ſeipſam cogſcat: credo vt ſeipām cogitet: ⁊ ſꝫm naturā ſuā viuat: id eſt vt ſꝫm naturam ſuaꝫ ordinari appetat: ſub eo ſcꝫ cui ſubdenda eſt: ſupra ea quib⁹ preponenda eſt: ſub illo a quo regi debet: ſupra ea que regere debet. Multa eñ per cupiditatē prauam tanq̄ꝫ ſui ſit oblita: ſic agit. Uidet eniꝫ quedā intrinſecus pulchra: in preſtantiore natura que deus eſt. Et cū inſtare debeat vt eis fruat: volens ea ſibi tribuere: ⁊ nō ex illo: ſimilis illius: ſꝫ ex ſeipā eſſe quod ille eſt: auertit ab eo: mouetur qꝫ ⁊ labit in minus ⁊ minus: quod putat amplius ⁊ amplius: q᷑ nec ipā ſibi: nec ei quicq̄ꝫ ſufficit recedēti ab illo qui ſolus ſufficit. Ideoqꝫ ꝑ egeſtatē ac difficultatē fit nimis intenta in actiones ſuas: ⁊ inquietas delectatiōes quas per eas colligit: atqꝫ ita cupiditati acquirēdi noticias ex his que foris ſunt: quoꝝ cognitū genus amat: et ſentit amitti poſſe: niſi impenſa cura teneant: perditqꝫ ſecuritatē: tātoqꝫ ſeipām min⁹ cogitat: quātomagꝭ ſecura eſt: q᷑ ſe nō poſſit amittere. Ita cū aliud ſit nō ſe noſſe: aliud nō ſe cogitare. Neqꝫ. n. multaꝝ doctrinaꝝ peritū: ignorare grāmaticā dicim⁹ cū eam nō cogitat: q᷑ d̓ medicina arte tūc cogitat. Cum ergo aliud ſit nō ſe noſſe: aliud nō ſe cogitare: tanta vis eſt amoris: vt ea que cū amore diu cogitauerit: eiſqꝫ cure glutino ī heſerit: attrahat ſecū etiā cū ad ſe cogitandam quodāmō redit. Et q᷑ illa corꝑa ſunt q̄ foris per ſenſus carnis adamauit: eoꝝqꝫ diuturna quadā familiaritate implicata ē: nec ſecū pōt introrſum tāq̄ꝫ in regionē incorporee nature ipā corꝑa inferre: imagines eorū cōuoluit ⁊ rapit: factas in ſemetipā: d̓ ſemetipā. Dat eñ eis formādis q̇ddā ſubſtātie ſue: ſeruat aūt aliq̇d: quo libere de ſpecie taliū imaginū iudicet: ⁊ hoc eſt magis mens: id eſt rōnalis intelligentia: q̄ ſeruat vt iudicet. Nā illas anime ꝑtes que corpoꝝ ſimilitudinib⁹ informant: etiā cuꝫ beſtijs nos cōes habere ſentimus.

In quibus mēs de ſe cogitans poſſit errare. Ca. VI

Errat aūt mēs: cū ſe iſtis imaginibus tanto amore cōiungit: vt etiā ſe eſſe aliquid hmōi exiſtimet. Ita em̄ cōformat eis quodāmō: nō id exiſtendo ſed putādo: nō quo ſe imaginē putet: ſ; oīno illud ipm̄ cuius imaginē ſecū habet. Viget quippe in ea iudiciū diſcernēdi corpus qđ foris relinquit ab imagine: quā de illo ſecū gerit: niſi cū ita exprimunt eedem imagines tanq̄ foris ſentiant: nō intus cogitent: ſicut dormiētib⁹: aut furētib⁹: aut in aliqua extaſi accidere ſolet.

De opinionib⁹ eoꝝ q̄ mētē aliqđ pcipuū corpis eē ſenſert. Ca. VII

Cum itaq; ſe tale aliq̄d putat: corpus eſſe ſe putat. Et q2 ſibi bn̄ conſcia eſt: principat⁹ ſui quo corpus regit: hinc factū eſt vt quidā quererēt quid corpis amplius valeret in corpe: ⁊ hoc eſſe mētem: vel oīno totam animā exiſtimarēt vt empedocles ⁊ ericates opinati ſūt. Ita q; alij ſanguinē: alij cerebrum: alij cor: nō ſicut ſcriptura dicit: Cōfitebor tibi dn̄e in

pſ̄. 9. 110. 137. Deut. 6

toto corde meo. Et diliges dn̄m deū tuum ex toto corde tuo. Hoc. n. abutēdo vl' trāſferēdo vocabulo dicit a corpe ad animū: ſ; ipam oīno particulā corpis quā in viſceribus dilaniatis videm⁹: eā eſſe putauert. Alij ex minutiſſimis indiuiduiſq; corpuſculis quas atomos dicunt: cōcurrētibus in ſe atq; coherētib⁹: eam pfici crediderūt. Alij aerem: alij ignē: ſubſtātiā eius eſſe dixerunt. Alij eā nullā eſſe ſubſtantiā: q2 niſi corpus: nullā ſubſtantiā poterāt cogitare: ⁊ eam corpus eſſe nō inueniebāt: ſed ipam temperationē corpis nr̄i vel cōpagem primordioꝝ: quib⁹ iſta caro tanq̄ cnectit: eē opinati ſunt: eoq; omnes eam mortalē eſſe ſenſerūt: q2 ſiue corp⁹ eſſet: ſiue aliqua cōpoſitio corporis: nō poſſet vtiq; immortaliter pmanere. Qui vero eius ſubſtātiā vitam quandā nequaq̄ corporeā: q̄ſi quidē vitā oīe viuū corpus animantē ac viuificantē eſſe repererūt: cſequēter ⁊ immortalem: q2 vita carere vita nō poteſt: vt quiſq; potuit probare conati ſunt. Nam de quinto illo neſcio: quo corpe: quod notiſſimis quattuor huius mūdi elemētis quidā coniungētes: hinc animā eſſe dixerūt: hoc loco diu differēdū nō puto. Aut em̄ hoc vocāt corpus quod nos: cuius in loci ſpacio pars toto minor eſt: ⁊ in illis annumerādi ſunt q̄ mētē corporeā eſſe crediderūt. Aut ſi vel omnē ſubſtantiā: vel omnē mutabilē ſubſtantiā corpus appellāt: cum ſciant nō omne locorū ſpacijs aliqua lōgitudine vel latitudine ⁊ altitudine cōtineri: non cū eis de vocabuli queſtione pugnādum eſt. In his oībus ſentētijs quiſq; videt mētis naturā ⁊ eſſe ſubſtantiā ⁊ nō eſſe corporeā: id eſt nō minore: ſui parte min⁹ occupare loci ſpaciū: maiuſq; maiore: ſimul oportet videat eos qui opinant eſſe corporeā: nō ob hoc errare qđ mens deſit eoꝝ noticie: ſ; qđ adiūgunt ea: ſine quib⁹ nullā pn̄t cogitare naturā. Sine phātaſijs em̄ corpm̄ quicq̄d iuſſi fuerint cogitare: nihil omnino eſſe arbitrant: ideoq; nō ſe tanq̄ ſibi deſit mens requirat. Quid em̄ tam cognitōi adeſt: q̄ id qđ menti adeſt: aut quid tā mēti adeſt: q̄ ipa mens. Unde ⁊ ipa q̄ appellat inuētio: ſi verbi originē retractemus: qđ aliud reſonat: niſi q2 inuenire eſt in id venire qđ queritur. Propterea q̄ quaſi vltro in mētē veniūt: nō vſitate dicunt inuēta: q̄uis cognita dici poſſint: q2 nō in ea querendo tendebam⁹ vt in ea venirem⁹: hoc eſt ea inueniremus. Quapropter ſicut ea q̄ oculis aut vllo alio corpis ſenſu requirunt: ipa mens querit: ipa em̄ etiā ſenſū carnis intendit. tūc aūt inuenit: cū in ea que requirunt idē ſenſus venit. Sic alia que nō corporeo ſenſu internūcio: ſed p ſeipam noſſe debet cū in ea venit: iuenit. Aut in ſuperiore ſubſtātia: id eſt in deo: aut in ceteris anime ptib⁹: ſicut de ipis imaginib⁹ corpm̄ cū iudicat: int⁹ em̄ in aīa eas inuenit p corp⁹ impſſas.

Q2 mens noſſe ſe cupiens nihil eorum de ſe corporeū debeat cogitare. Ca. VIII

Ergo ſeipam quemadmodū querat ⁊ inueniat: mirabilis q̄ſtio eſt: quo tendat: vt querat: aut veniat: vt inueniat. Quid em̄ tam in mēte q̄ mēs eſt: ſ; quia in his eſt que cum amore cogitat: ſenſibilib⁹ aūt: id eſt corpalib⁹ cū amore aſſuefacta eſt: nō valet ſine imaginibus eoꝝ eſſe in ſemetipſa: hinc ei oboritur erroris dedecus: dum rerū ſenſarū imagines ſe cernere a ſe nō pōt: vt ſe ſolā videat. Coheſert em̄ mirabiliter glutino amoris: et hec eſt eius immūdicia: q̄m dum ſe ſolā nititur cogitare: hoc ſe putat eſſe ſine quo ſe non pōt cogitare. Cum igit ei pcipitur vt ſeipam cognoſcat: non ſe tanq̄ ſibi detracta ſit querat: ſ; id qđ ſibi addidit detrahat. Interior

eſt eñ ipa: nõ ſolũ ꝙ iſta ſenſibilia que ma-
nifeſte foris ſũt: ſed etiã ꝙ imagines eoruꝫ
que in pte quadã ſunt anime: quã habẽt ⁊
beſtie: ꝙuis intelligẽtia careãt que mentis
eſt ꝓpria. Cum ergo ſit mens interior quo-
dam mõ exit a ſemetipa: cũ in hec quaſi ve-
ſtigia multaꝝ intẽtionũ exerit amoris affe-
ctum. Que veſtigia tanꝙ imprimunt me-
morie: qñ hec que foris ſũt corpalia ſentiũ-
tur: vt etiã cũ abſunt iſta: preſto ſint tñ ima-
gines eoꝝ cogitantibꝰ. Cognoſcat ergo ſe
metipam: nec quaſi abſentẽ ſe querat: ſꝫ in-
tentionẽ volũtatis qua p alia vagabat ſta-
tuat in ſeipſam: ⁊ ſe cogitet. Ita videbit ꝙ
nunꝙ ſe nõ amauerit: nũꝙ neſcierit. Sed
aliud ſecũ amãdo cũ eo ſe cõfudit ⁊ cõcre-
uit q̊dãmõ: atꝙ ita dũ ſic vnũ diuerſa cõ-
plectit: vnũ putauit eſſe q̃ diuerſa ſũt.

Quomodo mens cognoſcit ſe-
ipſam. ¶ Ca. IX

Non itaꝙ velut abſenteꝫ ſe querat
cernere: ſꝫ pſentẽ ſe curet diſcernẽ.
Nec ſe q̃ſi non norit cog̃ſcat: ſꝫ ab
eo quo alterũ nouit dinoſcat. Ipm eñ qꝺ
audit: cognoſce teipſam: quomõ agere cu-
rabit ſi neſcit: aut quid ſit cognoſce: aut q̊d
ſit teipam? Si aũt vtrũꝙ nouit: nouit ſeip-
ſam: qꝛ nõ ita dicitur menti: cognoſce teip-
ſam: ſic̃ dicit: cognoſce cherubin aut ſera-
phin. De abſentibus eñ illis credimꝰ: ſꝫm
quod celeſtes quedã ptãtes eẽ predicant.
Neꝙ ſicut dicit cognoſce voluntatẽ illius
hoĩs: que nobis nec ad ſentiẽdũ vllo mõ:
nec ad intelligendũ preſto eſt: niſi corpali-
bus ſignis editis: ⁊ hoc ita vt magis creda-
mus ꝙ intelligamus. Neqꝫ ita vt dicitur
homini: vide faciẽ tuã: qꝺ niſi in ſpeculo fi-
eri nõ põt. Nã ⁊ ipſa noſtra facies abſens
ab aſpectu nr̃o eſt: qꝛ nõ ibi ẽ quo ille diri-
gi põt. Sꝫ cũ dicit mẽti: Cognoſce teipaꝫ:
eo ictu quo intelligit qꝺ dictũ eſt: teipam:
cognoſcit ſeipaꝫ: nec ob aliud ꝙ eo quo ſi-
bi preſens eſt. Si aũt qꝺ dictũ eſt nõ intel-
ligit: nõ vtiqꝫ facit: hoc igit ei precipit vt fa-
ciat: qꝺ cum ipm preceptũ intelligit: facit.
Nõ ergo adiũgat aliud ad id quod ſeipaꝫ
cognoſcit: cũ audit vt ſeipam cognoſcat.
Certe eniꝫ nouit ſibi dici: ſibi ſcꝫ que eſt: et
viuit: ⁊ intelligit. Sed eſt ⁊ cadauer: viuit
⁊ pecus: intelligit aũt nec cadauer nec pe-
cus. Sicut ergo ſeſe eſſe ⁊ viuere ſcit: quo-
modo eſt: ⁊ viuit intelligẽtia.

¶ Qꝫ mens noſſe ſe cupiens nihil
eoruꝫ de ſe opinari debeat de qui-
bus ſcit eſſe dubitandũ. ¶ Ca. X

Cum ergo (verbi grã) mens aereꝫ
ſe putat: aerẽ intelligere putat. Se
tñ intelligere ſcit: aerem aũt ſe eſſe
nõ ſcit: ſed putat. Se cernat qꝺ putat: cer-
nat qꝺ ſcit: hoc ei remaneat. Vñ ne illi qui-
dem dubitauerũt: qui aliud atꝙ aliud cor-
pus eſſe mentẽ putauerũt. Neꝙ eñ om̃is
mens aerem ſe eſſe exiſtimat: ſꝫ alie ignem:
alie cerebrũ: alieꝙ aliud corpꝰ: ⁊ aliꝺ alie:
ſicut ſupra cõmemoraui: om̃es tñ ſe intelli-
gere nouerũt ⁊ eſſe ⁊ viuere. Sed intellige-
re ad id qꝺ intelligũt referũt: eẽ aũt ⁊ viue-
re ad ſeipas. Et nulli eſt dubiũ: nec quẽꝙ
intelligere qui nõ viuat: nec quenꝙ viue-
re qui non ſit. Ergo conſequenter et eſſe et
viuere id qꝺ itelligit: nõ ſicuti eſt cadauer
qꝺ nõ viuit: nec ſicuti viuit anima que nõ
intelligit: ſꝫ ꝓprio quodã eodẽꝙ preſtãtio-
re modo. Itẽ velle ſe ſciunt: neꝙ hoc poſſe
quẽꝙ qui nõ ſit ⁊ q̃ nõ viuat pariter ſciũt.
Itemꝙ ipam volũtateꝫ referunt ad aliq̊d
qꝺ ea volũtate volunt. Meminiſſe etiã ſe
ſciũt: ſimulꝙ ſciũt qꝺ nemo meminiſſet ni-
ſi eſſet ac viueret. Sꝫ ⁊ ipam memoriaꝫ re-
ferimꝰ ad aliq̊d qꝺ ea meminimꝰ. Duobus
igit hoꝝ triũ memoria ⁊ intelligẽtia multa-
rum rerũ noticia atꝙ ſciẽtia ꝯtinent: volũ-
tas aũt adeſt: per quã fruamur eis vel vta-
mur. Fruimur eñ cognitis: in quibꝰ volũ-
tas ipis ꝓpter ſeipa delectata conquieſcit:
vtimur vero eis que ad illud referimꝰ quo
fruendũ eſt. Nec eſt alia vita hoĩm vitioſa
atꝙ culpabilis: ꝙ male vtẽs ⁊ male fruẽs.
De qua re non eſt nunc diſſerendi locus.
Sed qm̃ de natura mẽtis agitur: remouea-
mus a ꝯſideratiõe noſtra omnes noticias
que capiunt extrinſecꝰ p ſenſus corporis:
⁊ ea que poſſumꝰ omnes mentes de ſeipis
noſſe: certaſꝙ eſſe diligẽtiꝰ attẽdamꝰ. Vtꝝ
eñ aeris ſit vis viuẽdi: reminiſcẽdi: intelli-
gendi: volẽdi: cogitãdi: ſciẽdi: iudicandi.
An ignis: an cerebri: an ſanguinis: an ato-
morũ: an preter vſitata quattuor elemẽta:
quinti neſcio cuiꝰ corpis: an ipius carnis
nr̃e cõpago: vel tẽperamẽtum hec efficere
valeat: dubitauerũt hoĩes: ⁊ alius hoc: ali-
us aliud affirmare conatꝰ eſt. Viuẽ ſe tñ et
meminiſſe: ⁊ intelligere: ⁊ velle: ⁊ cogitare:
⁊ ſcire: ⁊ iudicare quis dubitet? Qñ quidẽ
etiã ſi dubitat viuit: ſi dubitat vnde dubi-
tet meminit: ſi dubitat dubitare ſe intelli-
git: ſi dubitat certus eſſe vult: ſi dubitat co-
gitat: ſi dubitat ſcit ſe neſcire: ſi dubitat iu-

dicat nō ſe temere ꝯſentire oportere. Quiſquis igitur aliunde dubitat: de his omnibus dubitare non debet: que ſi non eſſent: de vlla re dubitare nō poſſet. Hec omnia qui vel corpus vel cōpoſitionē ſeu temperationē corporis eſſe mentē putant: in ſubiecto eſſe volunt videri: vt ſubſtātia ſit aer: vel ignis: ſiue aliquod aliđ corpus: quod mentem putant. Intelligētia vero ita inſit huic corpori: ſicut qualitas eius: vt illud ſubiectū ſit: hec in ſubiecto: ſubiectum ſcilicet mens quā corpus eē arbitrātur: in ſubiecto aūt intelligētia: ſiue quid aliud eoꝝ que certa nobis eſſe cōmemorauimus. Iuxta opinantur etiā illi qui mentē ipam negant eſſe corpus: ſed compaginē aut temperationē corporis. Hoc em̄ intereſt: q illi mentem ipam dicūt eſſe ſubſtantiā: in quo ſubiecto ſit intelligentia. Iſti aūt ipam mentē in ſubiecto eſſe dicūt corpe ſcꝫ cuius compoſitio vel temperatio eſt. Unde cōſequēter etiā intelligentiā quid aliud q̄ in eodē ſubiecto corpe exiſtimant. Qui omnes nō aduertunt mentē noſſe ſe etiā cum querit ſe: ſicut iam oſtendimꝰ. Nullo modo autē recte dicit ſciri aliqua res: dū eius ignorat ſubſtātia. Quapropter cū ſe mens nouit: ſubſtantiā ſuam nouit: ⁊ cū de ſe certa eſt: de ſubſtantia ſua certa eſt. Certa eſt aūt de ſe: ſicut cōuincunt ea que ſupra dicta ſūt. Nec oīno certa eſt: vtꝝ aer an ignis ſit: an aliquod corpus: vel aliquid corpis. Non eſt igit aliquid eorū. Totumq3 illud qđ ſe iubetur vt nouerit: ad hoc pertinet vt certa ſit: nō ſe eſſe aliquid eoꝝ de quibꝰ incerta eſt: idq3 ſolū eſſe ſe certa ſit: qđ ſolū eſſe ſe certa eſt. Sic em̄ cogitat ignē aut aerē: ⁊ quicquid aliud corpis cogitat. Neq3 vllo mō fieri poſſet vt ita cogitaret id qđ ipa eſt: queadmodū cogitat id qđ ipa non eſt. Per phātaſiā quippe imaginariā cogitat hec omnia: ſiue ignē: ſiue aerem: ſiue illud ſiue illud corpus: partē ve vllā: ſiue cōpaginē temperationēq3 corpis: nec vtiq3 iſta oīa: ſ3 aliqđ horū eſſe dicit. Si quid autem horū eſſet: aliter id q̄ cetera cogitaret: non ſcꝫ per imaginale figmentū: ſicut cogitant abſentia: que ſenſu corpis tacta ſunt: ſiue oīno ipa: ſiue eiuſdem generis aliqua: ſed quadā interiore: nō ſimulata: ſed vera preſentia. Non em̄ quicq3 illi eſt ſeipa preſentius: ſicut cogitat viuere ſe ⁊ meminiſſe et intelligere ⁊ velle ſe. Nouit enim hec in ſe: nec imaginat q̄ſi extra ſe illa ſenſu tetigerit: ſicut corpalia queq3 tangunt. Ex quoꝝ cogitationibus ſi nihil ſibi affingat: vt tale aliquid eſſe ſe putet: quicquid ei de ſe remanet: hoc ſolum ipa eſt.

De memoria: itelligētia ⁊ volūtate in qbꝰ mēs hꝫ in ſe quādā imaginē diuine trinitatis. Ca. XI

Remotis igit paulliſper ceteris: quorum mēs de ſeipa certa eſt: tria hec potiſſimū cōſiderata tractemꝰ: memoriā: intelligentiā: voluntatē. In his em̄ tribus inſpici ſolēt etiā ingenia paruuloꝝ cuiuſmodi preferāt indolē. Quāto quippe tenacius ⁊ facilius puer meminit: quātoq3 acutius intelligit ⁊ ſtudet ardētius: tāto eſt laudabilioris ingenij. Cum vo de cuiuſq3 doctrina querit: nō quāta firmitate ac facilitate meminerit: vel quāto acumine intelligat: ſ3 qđ meminerit: ⁊ qđ intelligat querit. Et qꝛ nō tm̄ q̄ doctus ſit cōſiderat laudablis animus: ſ3 etiā q̄ bonus: nō tm̄ qđ meminerit ⁊ qđ intelligat: verūetiā qđ velit attendit: nō quāta flagrātia velit: ſ3 qđ velit prius: deinde quātū velit. Tunc em̄ laudādus eſt animꝰ vehemēter amans: cū id qđ amat vehemēter amādū eſt. Cū3 ḡ dicunt hec tria: ingeniū: doctriua: vſus. Primū3 horum cōſiderat in illis tribus quid poſſit quiſq3 memoria: ⁊ intelligētia: ⁊ volūtate. Secūdū eorū cōſiderat quid habeat quis memoria: ⁊ intelligētia: quo ſtudioſa volūtate peruenerit. Iam vero vſus tertius in voluntate eſt ptractāte illa q̄ in memoria ⁊ intelligētia cōtinent: ſiue ad aliqđ ea referat: ſiue eoꝝ fine delectata cōquieſcat. Uti em̄ eſt aſſumē aliquid in facultatē volūtatis: vti aūt dicit qđ in vſum venerit: ad id qđ amas obtinendū referre: ſi tñ amādum eſt. Frui eſt enim amore inherere alicui rei ꝓpter ſeipam: frui eſt aūt vti cū gaudio nō adhuc ſpei: ſ3 iam rei. Proinde omnis qui fruit: vtitur. aſſumit em̄ aliqđ in facultatē voluntatis: cū fine delectatiōis. Non aūt omnis qui vtitur: fruitur: ſ3 id qđ in facultatem volūtatis aſſumit: nō ꝓpter illud ipm: ſ3 ꝓpter aliud appetit. Hec igit tria: memoria: intelligētia: voluntas: qm̄ nō ſunt tres vite ſed vna vita: nec tres mentes ſed vna mens: cōſequēter vtiq3 nec tres ſubſtantie ſunt: ſ3 vna ſubſtātia. Memoria quippe: q vita ⁊ mens ⁊ ſubſtantia dicit: ad ſeipſam dicit. Qꝛ vero memoria dicit ad aliqđ relatiue dicit. Hoc de intelligentia quoq3: ⁊ de volūtate dixerim. Et intelligētia quippe et

volũtas: ad aliq̃d dicunt. Uita ẽ aũt vna queq3 ad ſeipam: ⁊ mens ⁊ eſſentia. Quo circa tria hec eo ſunt vnum: quo vna vita: vna mẽs: vna eſſentia. Et quicquid aliud ad ſeipã ſingula dicunt: etiã ſimul nõ pluraliter: ſ3 ſingulariter dicunt. Eo vero tria quo ad ſe inuicẽ referuntur: que ſi equalia non eſſent: nõ ſolũ ſingula ſingulis: ſ3 etia3 oĩbus ſingula: nõ vtiq3 ſe inuicẽ caperent. Neq3 eñ tm̃ a ſingulis ſingula: verũ etiam a ſingulis oĩa capiunt. Memini eñ me habere memoriã: ⁊ intelligẽtiã: ⁊ volũtatẽ. ⁊ intelligo me intelligere ⁊ velle atq3 meminiſſe: ⁊ volo me velle: ⁊ meminiſſe: ⁊ intelligere: totamq3 meã memoriã ⁊ intelligentiã ⁊ voluntatẽ ſimul memini. Qđ eñ memorie mee nõ memini: nõ ẽ in memoria mea. Nihil aũt tam in memoria: q̃ ipa memoria eſt. Totam igitur memini. Item quicquid intelligo intelligere me ſcio: ⁊ ſcio me velle q̃cq̃d volo. Quicq̃d aũt ſcio memini. Totamq3 igit intelligentiã: totãq3 volũtatem meã memini. Similiter cũ hec tria intelligo: tota ſimul intelligo. Neq3 eñ quicq3 intelligibiliũ non intelligo: niſi qđ ignoro. Qđ autẽ ignoro: nec memini nec volo. Quicquid itaq3 intelligibiliũ nõ intelligo: ↄſequẽter etiã nõ memini nec volo. Quicquid aũt intelligibiliũ memini ⁊ volo: ↄſequẽter ĩtelligo. Volũtas etiã mea totã intelligẽtiã totãq3 memoriã meã capit dũ toto vtor quod intelligo ⁊ memini. Quapropter qñ inuicẽ a ſingulis: ⁊ tota omnia capiunt: eq̃lia ſunt tota ſingula totĩ ſingulis: ⁊ tota ſingula ſimul oĩbus totis: ⁊ hec tria vnũ: vna vita: vna mẽs: vna eſſentia.

De querẽda imagine trinitatis etiã in his que aĩa ex corpis ſenſibus cõcipit. Ca. XII

IAm ne igit aſcendendũ eſt qualiſcũq3 intẽtionis viribus ad illã ſummã ⁊ altiſſimã eſſentiã: cui⁹ impar imago eſt humana mens: ſed tñ imago: an adhuc eadẽ tria diſtinctius declaranda ſunt in anima: p illa que extrinſec⁹ ſenſu corporis capim⁹: vbi tpaliter imprimit rerũ corporeaꝝ noticia: Mentẽ q̃ppe ipam in memoria ⁊ intelligentia ⁊ voluntate ſuimet ipſius talem reꝑriebamus: vt qñ ſp ſe noſſe ſempq3 ſeipam velle cõprehẽdebat: ſimul etia3 ſemp ſui meminiſſe: ſemperq3 ſeipam intelligẽ ⁊ amare cõprehẽderet: q̃uis non ſemp ſe cogitare diſcretã ab eis q̃ non ſunt qđ ipã eſt: ac per hoc difficile in ea dinoſci tur memoria ſui: ⁊ intelligentia ſui. Quaſi eñ nõ ſint hec duo: ſ3 vnũ duob⁹ vocabulis appelletur: ſic apparet in ea re vbi valde iſta ↄiuncta ſunt: ⁊ aliud alio nullo ꝑcedit tpe: amorq3 ipẽ nõ ita ſentit eſſe: cũ eu3 nõ prodit indigẽtia: qm̃ nõ ſp preſto eſt quod amat. Quapropter etiã tardiorib⁹ diluceſcere hec pñt dũ ea tractãt: que ad animu3 tpe accedũt: ⁊ que illi tpaliter accidunt: cũ meminit qđ antea nõ meminerat: ⁊ cũ videt qđ antea nõ videbat: ⁊ cũ amat qđ antea nõ amabat. Sz aliud hec tractatio ia3 poſcit exordiũ: ꝓpter hui⁹ libelli modũ.

Explicit liber decimus.

Incipiũt capl'a libri vndecimi.
i De imagine trinitatis etia3 in eo qđ imago dei nõ eſt: id eſt in hoĩe exteriore querenda.
ij De viſibili ⁊ vidente atq3 viſione.
iij De memoria q̃ viſoꝝ imago retinet: ⁊ intẽtiõe aĩe q̃ in vtrũq3 cõcurrit.
iiij De imaginib⁹ q̃s cogitatõis acies ĩtuet in phãtaſia quã mẽoria ↄcepit
v De cogitatiõib⁹ innoxijs: ⁊ de his q̃ ab acie recordatiõis abigẽde ſunt.
vj De fine volũtatis quo cogſcit an recta an praua cupiamus.
vij De ea trinitate q̃ iam nõ ex corpe neq3 ex corporis ſenſu: ſ3 de memoria naſcitur cogitantis.
viij De multiplicationib⁹ trinitatũ q̃ ex recordatiõe pariunt.
ix Qđ in quolibet genere trinitatũ volũtas nec parẽs ĩueniat eẽ nec ꝓles.
x Qđ facile ſit cogitanti fingere ſibi eas ſpecies q̃s nõ vidit ex earũ recordatione q̃s vidit.
xi De menſura ⁊ numero ⁊ pondẽ quorum ſimilitudo ſit in memoria ⁊ viſione ⁊ volũtate.

Incipit liber vndecimus.

De imagine trinitatis etiã in eo qđ imago dei nõ eſt: id eſt in hoĩe exteriore querẽda. Ca. I

NEmini dubiũ eſt ſicut interiorẽ hominẽ intelligẽtia: ſic exteriore3 ſenſu corporis preditu3. Nitamur igit ſi poſſum⁹ in hoc quoq3 exteriore indagare q̃lecũq3 veſtigium trinitatis: non q2 ⁊ ipẽ eodẽ mõ ſit imago dei. Manifeſta eſt quippe aplica ſentẽtia: que interiorẽ hominẽ renouari dei Colo. 3

agnitiōe declarat: ſcḋm imaginē eius q̄ crea-
2. Cor. 4 uit eum: cū ⁊ alio loco dicat. Et ſi exterior hō noſter corrūpitur: ſed interior renouatur de die in diem. In hoc ergo qui corrūpitur: queramꝰ queadmodū poſſumꝰ quandā trinitatis effigiem: ⁊ ſi nō expreſſiorē: tñ fortaſſis ad dinoſcendū faciliorē. Neq; eñ fruſtra ⁊ iſte hō dicitur: niſi q2 ineſt ei nōnulla interioris ſimilitudo: ⁊ illo ipſo ordine cōditionis noſtre quo mortales atq; carnales effecti ſumꝰ: facilius ⁊ quaſi familiarius viſibilia q̄ itelligibilia ptractamus. Cū iſta ſint exterius: illa interius: ⁊ iſta ſenſu corporis ſentiamꝰ: illa mēte intelligamus: noſq; ipi animi nō ſenſibiles ſimus: id eſt corpa: ſed intelligibiles: qm̄ vita ſumꝰ: tñ vt dixi tāta facta eſt in corpibꝰ cōſuetudo: ⁊ ita in hec miro mō relabens foras ſe noſtra proiecit intētio: vt cū ab incerto corpm ablata fuerit: vt in ſpiritū multo certiore ac ſtabiliore cognitiōe figatur: refugiat ad iſta: ⁊ ibi appetat requiem vnde traxit infirmitatē. Cuius egritudini ꝯgruendū eſt: vt ſi qñ interiora ſpiritalia accōmodatiꝰ diſtinguere atq; facilius inſinuare conamur: de corpalibꝰ exterioribꝰ ſimilitudinū documēta capiamꝰ. Sēſu igitur corpis exterior hō preditus: ſentit corpa: ⁊ iſte ſenſus qḋ facile aduertitur quinquipertitus eſt: videndo: audiendo: olfaciendo: guſtādo: tangēdo. Sed multū eſt ⁊ non neceſſariū: vt omnes hos quinq; ſenſus id quod querimꝰ interrogemꝰ. Qḋ eñ nobis vnus eorū renunciat: etiā in ceteris valet. Itaq; potiſſimū teſtimonio vtamur oculorum. Is eñ ſenſus corpis maxime excellit: ⁊ eſt viſioni mentis pro ſui generis diuerſitate vicinior.

De viſibili ⁊ vidente atq; viſione. Ca. II

Cum igitur aliquod corpus videmꝰ: hec tria qḋ facillimū eſt conſiderāda ſunt ⁊ dinoſcēda. Primo ipa res quam videmꝰ: ſiue lapidē: ſiue aliquā flāmam: ſiue quid aliud qḋ videri oculis pōt: quod vtiq; iam eſſe poterat: ⁊ anteq̄ videretur. Deinde viſio que nō erat: priuſq̄ rem illā obiectā ſenſui ſentiremus. Tertio qḋ in ea re que videtur q̄diu videtur ſenſum detinet oculorū: id eſt animi intētio. In his igitur tribus: nō ſolū eſt manifeſta diſtinctio: ſed etiā diſcreta natura. Primū quippe illud corpus viſibile lōge alterius nature q̄ ſenſus oculorum: quo ſibimet incidēte fit viſio. Ipaq; viſio q̄d aliud q̄ ſenſus ex ea re que ſentitur informatꝰ apparet: q̄uis re viſibili detracta nulla ſit: nec vlla oīno eſſe poſſit talis viſio: ſi corpus nō ſit qḋ videri queat. Nullo mō tñ eiuſdē ſubſtantie eſt corpus quo formatur ſenſus oculorū: cum idem corpus videtur: ⁊ ipa forma que ab eodē imprimitur ſenſui: que viſio vocatur. Corpus eñ viſum in ſua natura ſeparabile eſt. Senſus aūt qui iam erat in animāte: etiā priuſq̄ videret quod videre poſſet: cū in aliquid viſibile incurreret: vel viſio q̄ fit in ſenſu ex viſibili corpe cū iā cōiunctū eſt ⁊ videtur. Senſus ergo vel viſio: id eſt ſenſus nō formatꝰ extrinſecꝰ: vel ſenſus formatꝰ extrinſecus: ad animātis naturā pertinet omino aliam q̄ eſt illud corpus quod videndo ſentimꝰ: quo ſenſus nō ita formatur vt ſenſus ſit: ſed vt viſio ſit. Nam ſenſus ⁊ ante obiectū rei viſibilis: niſi eſſet in nobis nō diſtaremꝰ a cecis: dum nihil videmꝰ: ſiue in tenebris: ſiue clauſis luminibꝰ. Hoc aūt diſtamꝰ: quod nobis ineſt ⁊ nō videntibꝰ quo videre poſſimꝰ qui ſenſus vocatur: illis vero non ineſt. Nec aliunde niſi q2 eo carēt: ceci appellātur. Itemq; illa animi intētio que in ea re quā videmꝰ ſenſum tenet atq; vtrūq; ꝯiungit: nō tantū ab ea re viſibili natura differt: qm̄ quidem iſte animꝰ illud corpus eſt: ſed ab ipo quoq; ſenſu atq; viſione qm̄ ſolius animi eſt hec intentio. Senſus aūt oculorum nō ob aliud ſenſus corpis dicitur: niſi q2 ⁊ ipſi oculi membra ſunt corpis. Et q̄uis nō ſentiāt corpus exanime: anima tñ commixta corpi per inſtrumentū ſentit corporeum: ⁊ idem inſtrumentū ſenſus vocatur. Qui etiā paſſione corpis cum quiſq; excecatur interceptus extinguitur: cū idem maneat animꝰ: et eius intentio luminibꝰ amiſſis: cū non habet quidē ſenſum corpis quē videndo extrinſecus corpi adiungat: atq; in eo viſo figat aſpectum: viſu tñ ipo iudicet ſe adempto corpis ſēſu: nec perire potuiſſe: nec minui. Manet eñ quidā vidēdi appetitꝰ integer: ſiue id poſſit fieri: ſiue nō poſſit. Hec igitur tria: corpus quod videtur: ⁊ ipa viſio: et que vtrūq; cōiungit intētio: manifeſta ſūt ad dinoſcēdū: nō ſolū ꝓpter ꝓpria ſingulorū: verūetiā ꝓpter differētiā naturarum. Atq; in his cū ſenſus nō procedat ex corpe illo quod videtur: ſed ex corpore ſentiētis animantis: cui anima ſuo quodā miro mō cōtemperatur: tamen ex corpe quod videtur gignitur viſio: id eſt ſenſus ipe formatur: vt iam non tantū ſenſus qui etiam in tenebris eſſe

integer pōt: dum eſt incolumitas oculoꝝ:
ſ etiā ſenſus informatꝰ ſit: que viſio vocat̄.
Gignit̄ ergo ex re viſibili viſio: ſ nō ex ſo-
la: niſi aſſit ⁊ vidēs. Quocirca ex viſibili ⁊
vidēte gignit̄ viſio: ita ſane vt ex vidēte ſit
ſenſus oculorū: ⁊ aſpiciētis atq̄ intuentis
intentio. Illa tn̄ informatio ſenſus: que vi
ſio dicit̄ a ſolo imprimatur corpore quod
videtur: id eſt a re aliqua viſibili: qua de-
tracta: nulla remanet forma que inerat ſen
ſui: duꝫ adeſſet illud qđ videbat̄: ſenſus tn̄
ip̄e remanet qui erat: ⁊ priuſq̄ aliq̄d ſenti-
retur: velut in aqua veſtigium tamdiu eſt:
donec ip̄m corpus quod imprimitur ineſt:
quo ablato nullū erit: cuꝫ remaneat aqua
que erat: ⁊ anteq̄ illā formam corpis cape
ret. Ideoq̄ nō poſſumꝰ quidem dicere ꝙ
ſenſuꝫ gignat res viſibilis: gignit tn̄ formā
velut ſimilitudinē ſuā: que fit in ſenſu: cum
aliquid vidēdo ſentimꝰ. Sꝫ corpis formā
qđ videmꝰ: ⁊ formā que ab illa in ſenſu vi-
dentis fit per eundē ſenſuꝫ nō diſcernimꝰ:
qm̄ tanta cōiunctio eſt: vt nō pateat diſcer
nendi locus. Sed rōne colligimꝰ nequaq̄
nos potuiſſe ſentire: niſi fieret in ſenſu no-
ſtro aliq̄ ſimilitudo cōſpecti corpis. Neq̄
em̄ cū anulus cere imprimit̄: iō nulla ima-
go facta eſt: q̄ non diſcernit̄: niſi cū fuerit
ſeparata. Sed qm̄ poſt cerā ſeparatā ma-
net qđ factū eſt vt videri poſſit: ꝓpterea fa
cile perſuadet̄: ꝙ inerat iam cere forma im
preſſa ex anulo: ⁊ anteq̄ ab illa ſepararet̄.
Si aūt liquido humori adiūgeret̄ anulus:
eo detracto nihil imaginis appareret. Nec
ideo tn̄ diſcernē ratio nō deberet: fuiſſe in
illo humore anteq̄ detraheret̄: anuli formā
factā ex anulo: q̄ diſtinguēda eſt ab ea for-
ma que in anulo eſt vn̄ iſta facta eſt: que de
tracto anulo nō erit: q̄uis illa in anulo ma
neat vn̄ iſta facta eſt. Sic ſenſus oculoꝝ n̄
ideo nō habet imaginem corpis qđ videt̄
q̄diu videtur: q̄ eo detracto nō remanet.
Ac per hoc tardioribꝰ ingenijs difficillime
perſuaderi pōt formari in ſenſu nr̄o imagi
nem rei viſibilis: cū eam videmꝰ: ⁊ eandeꝫ
formā eē viſionē. Sꝫ qui forte aduerterint
qđ cōmemorabo: nō ita in hac inquiſitiōe
laborabūt: plerūq̄ cum diuſcule attende-
rimꝰ queq̄ luminaria: ⁊ inde oculos clau-
ſerimꝰ: quaſi verſant̄ in cōſpectu quidē lu-
cidi colores varie ſeſe cōmutātes: ⁊ minus
minuſq̄ fulgentes donec om̄ino deſiſtant.
Quas intelligēdū eſt reliquias eſſe forme
illius que facta erat in ſenſu: cū corpus lu-
cidū videret̄: paulatimq̄ ⁊ quodāmō gra
datim deficiēdo variari. Nam ⁊ inſertarū
feneſtrarū cācelli: ſi eos forte intuebamur:
ſepe in illis apparuere coloribꝰ vt manife-
ſtum ſit hanc affectionē nr̄o ſenſui ex ea re
que videbat̄ impreſſam. Erat ergo etiā cū
viderēmꝰ: ⁊ illa erat clarior et expreſſior: ſ
multū cōiuncta cū ſpecie rei eiꝰ que cerne-
bat̄: vt diſcerni oīno non poſſet: ⁊ ip̄a erat
viſio. Quinetiā cū lucerne flāmula modo
quodā diuaricatis radijs oculoꝝ quaſi ge
minat̄: due viſiones fiunt: cuꝫ ſit res vna q̄
videt̄. Singilatim quippe afficiunt̄ idē ra-
dij de oculo ſuo quiq̄ꝫ emicātes: dum nō
ſinunt̄ in illud corpus intuendū pariter cō
iuncteq̄ꝫ cōcurrere vt vnus fiat ex vtroq̄ꝫ
cōtuitus. Et ideo ſi vnū oculū clauſerimꝰ:
nō geminū ignē: ſed ſicuti eſt vnū videbi-
mus. Cur aūt ſiniſtro clauſo illa ſpecies de
ſinet videri que ad dextrū erat: viciſſimq̄ꝫ
dextro clauſo illa intermorit̄ que ad ſiniſtꝝ
erat: ⁊ longū eſt ⁊ rei p̄ſenti non neceſſariū
mō querere atq̄ꝫ differere. Q̄ꝛ em̄ ad ſuſce
ptam queſtionē ſatis eſt: niſi fieret in ſenſu
noſtro quedā imago ſimillima rei eiꝰ quaꝫ
cernimꝰ: non ſm̄ oculoꝝ numeꝝ flāme ſpe
cies geminaret̄: cū quidā cernēdi modus
adhibitus fuerit: qui poſſit cōcurſum ſepa
rare radiorū. Ex vno q̄ppe oculo quolibet
mō deducto aut impreſſo aut intorto: ſi al-
ter clauſus eſt: dupliciter videri aliq̄d qđ
ſit vnū nullo pacto pōt. Que cum ita ſint:
tria hec q̄uis diuerſa natura quēadmodū
in quandā vnitatē cōtemperent̄ memineri
mus: id eſt ſpecies corpis que videt̄: ⁊ im-
preſſa eiꝰ imago ſenſui qđ eſt viſio: ſenſus
ve formatus: ⁊ voluntas animi que rei ſen
ſibili ſenſum admouet: in eoq̄ꝫ ip̄am viſio
nem tenet. Horū primū: id eſt res ip̄a viſi-
bilis non pertinet ad animātis naturā: niſi
cum corpus noſtrū cernimꝰ. Alteꝝ aūt ita
pertinet: vt ⁊ in corpe fiat: ⁊ per corpus in
anima: fit em̄ in ſenſu: qui neq̄ꝫ ſine corpe
eſt: neq̄ꝫ ſine animo. Tertiū vero ſolus ani
me eſt: q̄ voluntas eſt. Cum igit̄ hoꝝ triū
tam diuerſe ſubſtantie ſint: tamen in tantā
coeunt vnitatem: vt duo priora vix inter-
cedente iudice ratione diſcerni valeāt: ſpe
cies videlicet corpis qđ videt̄: ⁊ imago eiꝰ
que fit in ſenſu: id eſt viſio. Voluntas aūt
tantam vim habet copulādi hec duo: vt ⁊
ſenſum formādū admoueat ei rei q̄ cernit̄:
⁊ in ea formatum teneat. Et ſi tam violen-
ta eſt vt poſſit vocari amor: aut cupiditas:

aut libido: etiã ceterũ corpus animãtis vehementer afficit. Et vbi non reſiſtit pigrior duriorq́ʒ materies: in ſimilem ſpecieʒ coloremq́ʒ cõmutat: licet videre corpuſculum chameleontis: ad colores quos videt facillima ꝯuerſione variari. Alioꝝ aũt animaliũ q꞉ nõ eſt ad cõuerſionẽ facilis corpulẽtia: fetus pleruq́ʒ produnt libidines matruʒ cũ quid magna delectione ꝯſpexerint. Q꞉ eĩ teneriora atq́ʒ: vt ita dixerim: formabiliora ſũt primordia ſeminũ: tam efficaciter ⁊ capaciter ſequunt̃ intẽtionẽ materne anime: ⁊ que in ea facta eſt phantaſiã: p corpꝰ qđ cupide aſpexit. Sũt exẽpla que copioſe cõmemorari poſſint: ſed vnũ ſufficit de fi- Gen. 30 deliſſimis libris: quod fecit iacob vt oues ⁊ capre varios coloribꝰ pareret: ſupponẽdo eis varia virgulta in cannalibꝰ aquaꝝ: que potãtes ĩtuerent̃ eo tpe quo ꝯceperãt. Sʒ anima rõnalis deformiter viuit: cũ ſcḋm trinitatẽ exterioris hõis viuit: id eſt cũ ea que forinſecus ſenſum corpis formãt: non laudabilẽ voluntatẽ qua hec ad vtile aliqđ referat: ſed turpem cupiditatẽ qua his inhereſcat accõmodat.

De memoria qua viſoꝝ imago retinet̃: ⁊ intentione anime qua in vtruq́ʒ curritur. Ca. iii

Quia etiã detracta ſpecie corporis que corpaliter ſentiebat̃: remanet in memoria ſimilitudo eiꝰ quo rurſus volũtas ꝯuertat aciem vt inde formet̃ intrinſecus: ſicut ex corpe obiecto ſenſibili ſenſus extrinſecus formabat̃. Atq́ʒ ita fit illa trinitas ex memoria ⁊ interna viſione: et que vtrũq́ʒ copulat volũtate: que tria cũ in vnũ cogunt̃: ab ipo coactu cogitatio dicitur. Nec iam in his tribꝰ diuerſa ſubſtãtia eſt. Neq́ʒ eĩ aut corpus illud ſenſibile ibi eſt qđ oĩno diſcretum eſt ab animantis natura: aut ſenſus corpis ibi format̃ vt fiat viſio: aut ipa voluntas id agit vt formandũ ſenſu ſenſibili corpi admoueat in eoq́ʒ formatũ detineat. Sed pro illa ſpecie corporis que videbat̃ extrinſecꝰ ſuccedit memoria retinẽs illã ſpeciem quã per corpis ſenſum cõbibit anima: proq́ʒ illa viſione que foris erat cum ſenſus ex corpe viſibili formaret̃: ſuccedit intus ſimilis viſio: cũ ex eo qđ memoria tenet: format̃ acies animi ⁊ abſentia corpa cogitant̃. Volũtaſq́ʒ ipa quõ foris corpi obiecto formandũ ſenſum admouebat: formatũq́ʒ iungebat: ſic aciem recordantis animi ꝯuertit ad memoriã: vt ex eo quod illa retinuit iſta formet̃: ⁊ ſit in cogitatione ſimilis viſio. Sicut aũt rõne diſcernebat̃ ſpecies viſibilis: qua ſenſus corpis formabatur: et eius ſimilitudo que fiebat in ſenſu formato vt eſſet viſio: alioquin ita erant coniuncte: vt oĩno vna eadẽq́ʒ putaret̃: ſic illa phantaſia cũ animꝰ cogitat ſpeciem viſi corpis: cũ cõſtet ex corpis ſimilitudine: quã memoria tenet: ⁊ ea q̃ inde format̃ in acie recordantis animi: tñ ſic vna ⁊ ſingularis apparet: vt duo quedã eẽ nõ inueniant̃ niſi iudicãte rõne: qua intelligimꝰ aliud eẽ illđ qđ in memoria manet: etiã cũ aliunde cogitamꝰ: ⁊ aliud fieri cũ recordamur: id eſt ad memoriã redimꝰ: ⁊ illic inuenimꝰ eandẽ ſpeciẽ. Que ſi iam ibi nõ eſſet: ita oblitos nos eſſe diceremus: vt oĩno recolere nõ poſſemꝰ. Si aũt acies recordãtis nõ formaret̃ ex ea re que erat in memoria: nullo mõ fieret viſio cogitãtis. Sʒ vtriuſq́ʒ cõiunctio: id eſt eius quã memoria tenet: ⁊ eius que inde exprimit̃: vt formet̃ acies recordantis: q꞉ ſimillime ſunt: veluti vnã facit apparere. Cũ aũt cogitãtis acies auerſa inde fuerit: atq́ʒ id qđ in memoria cernebatur deſtiterit intueri: nihil forme que impreſſa erat ĩ eadẽ acie remanebit. Atq́ʒ inde formabit̃ quo rurſus conuerſa fuerit: vt alia cogitatio fiat. Manet tñ illud qđ reliquit in memoria: quo rurſus cũ id recordamur cõuertat̃ ⁊ cõuerſa formet̃: atq́ʒ vnuʒ cum eo fiat vnde format̃.

De imaginibꝰ quas cogitationis acies intuet̃ in phantaſia quã memoria cõcipit. Ca. iiii

Voluntas vero illa que hac atq́ʒ illac fert ⁊ refert acieʒ formandã cõiungitq́ʒ formatã: ſi ad interiorem phantaſiã tota cõfluxerit: atq́ʒ a preſentia corpm q̃ circũiacet ſenſibus atq́ʒ ab ipſis ſenſibꝰ corpis: animi aciem omnino auerterit: atq́ʒ ad eã que intus cernit̃ imaginẽ penitus cõuerterit: tanta offendit̃ ſimilitudo ſpeciei corporalis expreſſa ex memoria: vt nec ipſa ratio diſcernere ſinat̃: vtrum foris corpus ipm videat̃: an intus tale aliqđ cogitet̃. Nam interdũ hoĩes nimia cogitatõe rerũ viſibiliũ vel illecti vel territi: etiã eiuſmodi repẽte voces ediderũt: quaſi reuera in medijs talibus actionibꝰ ſiue paſſiõibꝰ verſarent̃. Et memini me a quodã audiſſe q tam expreſſam ⁊ quaſi ſolidã ſpeciẽ feminei corporis in cogitando cernẽ ſoleret: vt ei ſe q̃ſi miſceri ſentiẽs: etiã genitalibꝰ flueret.

Tantū habet viriū anima in corpus ſuū: ⁊
tantū valet ad indumēti qualitatē vtendā
atq̧ mutādā: quō hō afficiat indutus qui
coheret indumēto ſuo. Ex eodē genere af-
fectionis etiā illud eſt qđ in ſomnis ꝑ ima-
gines illudimur. Sed plurimū differt: vtꝝ
ſopitꝭ ſenſibꝰ corꝑis: ſicuti ſunt dormiētiū
aut ab interiore cōpage turbatꝭ: ſicuti ſunt
furentiū: aut alio quodā mō alienatis: ſicu
ti diuinātiū vel ꝓphetantiū: animi intentio
quadā neceſſitate incurrat in eas que oc-
currūt imagines: ſiue ex memoria: ſiue alia
aliqua occulta vi: ꝑ quaſdā ſpiritales mi-
xturas ſimiliter ſpiritalis ſubſtātie: an ſicut
ſanis ac vigilātibꝰ interdum ꝯtingit: vt co
gitatōe occupata volūtas ſe auertat a ſen
ſibus: atq̧ ita formet animi aciē varijs ima
ginibꝰ ſenſibiliū reruꝫ: tanq̧ ipa ſenſibilia
ſentiantꝭ. Non tm̄ aūt cum appetēdo in ta-
lia volūtas intenditꝭ: fiunt iſte impreſſiōes
imaginū: ꝫ etiā cū deuitādi ⁊ cauendi cau
ſa rapitur animꝰ in ea cōtuēda que fugiat.
Un̄ nō ſolū cupiēdo: ꝫ metuēdo infertꝭ vel
ſenſus ipis ſenſibilibꝰ vꝭ acies animi formā
da imaginibꝰ ſenſibiliū. Itaq̧ aut metus
aut cupiditas: quanto vehemētior fuerit:
tāto expreſſius formatꝭ acies: ſiue ſentiētis
ex corꝑe qđ in loco adiacet: ſiue cogitātis
ex imagine corporis: que memoria cōtine
tur. Qđ ergo eſt ad corꝑis ſenſuꝫ aliquod
corpus in loco: hoc eſt ad animi aciem ſi-
militudo corꝑis in memoria. Et qđ ē aſpi-
ciētis viſio: ad eā ſpeciē corꝑis ex qua ſen
ſus formatꝭ: hoc eſt viſio cogitātis ad ima-
ginē corꝑis in memoria conſtitutā: ex qua
formatꝭ acies animi. Et qđ eſt intentio vo-
luntatis ad corpus viſum: viſioneq̧ copu
landā: vt fiat ibi quedaꝫ vnitas triū: q̄uis
eoꝝ ſit diuerſa natura: hoc eſt eadē volun-
tatis intētio ad copulādā imaginē corꝑis
que eſt in memoria: ⁊ viſionē cogitātis: id
eſt formā quā cepit acies animi rediēs ad
memoriā vt fiat: ⁊ hic quedā vnitas ex tri
bus nō iam nature diuerſitate diſcretis: ꝫ
vnius eiuſdemq̧ ſubſtātie: qꝛ hoc totū intus
eſt: ⁊ totū vnus animꝰ. Sicut aūt cū forma
⁊ ſpecies corꝑis interierit: nō pōt ad eam
volūtas ſenſum reuocare cernētis. Ita cū
imago quā memoria gerit obliuione dele-
ta eſt: nō erit quo animi aciem formādā vo
lūtas recordādo retorqueat.

¶ De cogitationibꝰ innoxijs ⁊ de his que ab acie recordatiōis abigende ſunt. Ca. V

Sed qꝛ preualet animꝰ nō ſolū ob-
lita: verūetiā nō ſenſa nec experta
cōfingere ea que nō exciderūt au-
gendo: minuēdo: cōmutādo: ⁊ ꝑ arbitrio
cōponēdo: ſepe imaginatꝭ quaſi ita aliquid
ſit: qđ aut ſcit: nō ita eſſe: aut neſcit ita eſſe.
In quo genere cauēdū eſt: ne aut mentia-
tur vt decipiat: aut opinetꝭ vt decipiatur.
Quibꝰ duobꝰ malis euitatis nihil ei obſūt
imaginata phātaſmata: ſicut nihil obſunt
experta ſenſibilia: ⁊ retēta memoriter: ſi ne-
q̧ cupide appetantꝭ ſi iuuant: neq̧ turpiter
fugiantꝭ ſi offendūt. Cū aūt in his volūtas
relictis melioribꝰ auida volutatꝭ immūda
fit: atq̧ ita ⁊ cū aſſunt ꝑnicioſe: ⁊ cū abſunt
ꝑnicioſius cogitātur. Male itaq̧ viuitꝭ: et
deformiter ſm̄ trinitatē hoīs exterioris: qꝛ
⁊ illā trinitatē: que licet interius imaginetꝭ:
exteriora tm̄ imaginatꝭ ſenſibiliū corꝑalium
que vtēdoꝝ cauſa peperit. Nullus em̄ eis
vti poſſet etiā bene: niſi ſenſarū reꝝ imagi-
nes memoria tenerentꝭ. Et niſi pars maxi-
ma voluntatis in ſuperioribꝰ atq̧ interiori
bus habitet: eaq̧ ipa que cōmodatꝭ ſiue fo
ris corꝑibꝰ: ſiue intus imaginibꝰ eorū: niſi
quicquid in eis capit ad meliorē veriorēq̧
vitam referat: atq̧ in eo fine cuius intuitu
hec agēda iudicat acquieſcat: quid aliud
facimꝰ: niſi qđ nos apłus facere ꝓhibet di
cens: Nolite cōformari huic ſclō: quapro Roma. 12
pter nō eſt iſta trinitas imago dei. Ex vlti
ma quippe: id eſt corporea creatura qua ſu
perior eſt anima: in ipſa anima fit per ſen-
ſum corꝑis: nec tamē eſt omino diſſimilis.
Quid em̄ non pro ſuo genere ac ꝓ ſuo mo
dulo habet ſimilitudinē dei: qn̄ quidē deꝰ Eccli. 39
fecit oīa bona valde: non ob aliud niſi qꝛ
ipe ſumme bonus eſt. In quantū ergo bo-
nū eſt quicquid eſt intantū ſcꝫ q̄uis longe
diſtātē: habet tm̄ nōnullā ſimilitudinē ſum
mi boni: ⁊ ſi naturalē vtiq̧ rectam ⁊ ordi-
natā: ſi aūt vitioſam: vtiq̧ turpē atq̧ per-
uerſam. Nā ⁊ anime in ipſis peccatis ſuis
nō niſi quandā ſimilitudinē dei: ſuperba ⁊
prepoſtera ⁊ (vt ita dicam) ſeruili libertate
ſectātur. Ita nec primis parentibꝰ noſtris
perſuaderi peccatuꝫ poſſet: niſi diceretur:
Eritꝭ ſicut dij. Nō ſane omne quod in crea- Gen. 3
turis aliquo mō ſimile eſt deo: etiam eius
imago dicēda eſt: ꝫ illa ſola: qua ſuperior
ipe ſolus eſt. Ea quippe de illo prorſus ex-
primitur inter quā ⁊ ipſum nulla interiecta
natura eſt. Uiſionis igitur illius: id eſt for-
me que fit in ſenſu cernentis quaſi parens

eſt forma corporis ex qua fit. Sed parens
illa nõ vera: vnde nec iſta vera proles eſt.
Neqꝫ eĩ oĩno inde gignitur: qm̃ aliud ad
hibet̃ corpi: vt ex illo formet̃: id eſt ſenſus
videtis. Quocirca id amare: alienari eſt.
Itaqꝫ volũtas q̃ vtrũqꝫ cõiungit quaſi pa
rentẽ ꝛ quaſi prolē: magis ſpiritalis eſt ꝙ
vtrũlibet illoꝝ. Nam corpus illud qḋ cer
nitur oĩno ſpiritale nõ eſt. Viſio võ q̃ fit in
ſenſu habet admixtū aliquid ſpiritale: q2
ſine anima fieri nõ põt. Sꝫ nõ totũ ita eſt:
qm̃ ille qui formatur corporis ſenſus eſt. Volũ
tas vero q̃ vtrũqꝫ cõiungit: magis vt dixi
ſpiritalis agnoſcit̃: ꝛ ideo tanqꝫ perſonam
ſpũs inſinuare incipit in illa trinitate. Sed
magis ꝑtinet ad ſenſum formatũ ꝙ ad il
lud corpus vñ formatur. Sẽſus eĩ animã
tis ꝛ volũtas anime eſt: nõ lapidis: aut ali
cuius corporis qḋ videtur. Nõ ergo ab illo
quaſi parẽte ꝓcedit. Sꝫ nec ab iſta q̃ſi ꝓle:
hoc eſt viſione ac forma q̃ in ſenſu eſt. Pri
us eĩ ꝙ viſio fieret: iam erat volũtas: que
formandũ ſenſū cernẽdo corpi admouit:
ſꝫ nõdũ erat placitũ. Quõ eĩ placeret qḋ
nõdum erat viſū? Placitũ aũt quieta vo
lũtas eſt. Ideoqꝫ nec quaſi prolẽ viſionis
poſſumus dicere voluntatē: q2 erat ante
viſionẽ: nec q̃ſi parẽtẽ: q2 nõ ex volũtate:
ſꝫ ex viſo corpe formata ꝛ expſſa eſt: finem
fortaſſe volũtatis ꝛ requiẽ poſſumꝰ recte di
cere viſionẽ: ad hoc dũtaxat vnũ ſcꝫ vidẽ
dū corpus. Neqꝫ eĩ ꝓpterea nihil aliud
volet: q2 videt aliqḋ qḋ volebat.

¶ De fine voluntatis quo cognoſcitur ſi recta an praua cupiamus. Capitulum. VI

NOn itaqꝫ omnino ipa voluntas ho
minis cuius finis nõ eſt niſi beati
tudo: ſed ad hoc vnũ iteꝝ ſcꝫ ſubiectũ vo
lũtas vidẽdi finẽ nõ habet niſi viſionẽ: ſiue
id referat ad aliud: ſiue nõ referat. Si enim
nõ refert ad aliud viſionem: ſꝫ tantũ voluit
vt videret: nõ eſt diſputãdũ quõ oſtẽdatur fi
nem voluntatis eſſe viſionẽ: manifeſtũ eſt
eĩ. Si aũt refert ad aliud: vult vtiqꝫ aliud:
nec iam vidẽdi voluntas erit. Aut ſi vidẽ
di: nõ hoc videndi ſcꝫ ſubiectum: ſꝫ aliud
tanqꝫ ſi velit quiſqꝫ videre cicatricẽ: vt inde
doceat vulnus fuiſſe. Aut ſi velit videre fe
neſtram: vt per feneſtrā videat trãſeũtes.
Omnes iſte atꝫ alie tales volũtates: ſuos
ꝓprios fines habẽt: qui referunt̃ ad finẽ il
lius volũtatis qua volumus beate viuere:
ꝛ ad eã ꝑuenire vitã q̃ nõ referat̃ ad aliud:
ſꝫ amãti ꝑ ſeipam ſufficiat. Voluntas ergo
videndi: finem habet viſionẽ: ꝛ voluntas
hanc reꝫ vidẽdi: finẽ habet huius rei viſio
nẽ. Volũtas itaqꝫ vidẽdi cicatricẽ: finẽ ſu
um expetit: ſꝫ eſt viſionẽ cicatricis: ꝛ ad eã
vltra nõ ꝑtinet. Volũtas eĩ ꝓbandi vul
nus fuiſſe alia volũtas eſt: quis ex illa re
liget̃: cuiꝰ itẽ finis eſt ꝓbatio vulneris. Et
volũtas videndi feneſtrã: finẽ habet fene
ſtre viſionẽ. Altera ẽ eĩ que ex iſta nectit̃
volũtas: per feneſtrã videndi tranſeũtes:
cuiꝰ itẽ finis eſt viſio trãſeũtiũ. Recte aũt
ſunt volũtates oẽs ſibimet religate: ſi bo
na eſt illa quo cũcte referunt̃: ſi aũt praua
eſt: praue ſunt oẽs. Et ideo rectarũ volun
tatũ ꝯnexio iter eſt quoddã aſcendẽtiũ ad
beatitudinẽ: qḋ certis velut paſſibꝰ agitur.
Prauaꝝ aũt atqꝫ diſtortaꝝ volũtatũ ipli
catio: vinculũ eſt quo alligabit̃ q̃ hoc agit: Prouer. 5 Math. 8
vt proijciat̃ in tenebras exteriores. Beati
ergo qui factis ꝛ moribꝰ cantãt cãticũ gra
duũ: ꝛ ve his qui trahũt pctã: ſicut teſtem Eſa. 5
lõgã. Sic eſt aũt requies volũtatis quẽ di
cimꝰ finē: ſi adhuc refert̃ ad aliud: queãd
modũ poſſumꝰ dicere requiẽ pedis eſſe in
ambulãdo: cũ ponit̃ vñ alius innitat̃: quo
paſſibꝰ pergit̃. Si aũt aliqḋ ita placet: vt in
eo cũ aliqua delectatõe volũtas acqꝫſcat:
nõdũ eſt tñ quo illud tendit̃: ſꝫ ꝛ hoc refert̃
ad aliud vt deputet̃: nõ tãqꝫ patria ciuis:
ſꝫ tãqꝫ refectio: vel etiã mãſio viatoris.

¶ De ea trinitate q̃ iaꝫ nõ ex corpe neqꝫ ex corporis ſenſu ſꝫ de memoria naſcit̃ cogitãtis. ¶ Ca. VII

IAm vero in alia trinitate interiore
quidẽ ꝙ eſt iſta in ſenſibilibꝰ ꝛ ſen
ſibus: ſꝫ tñ q̃ inde ꝯcepta eſt: cũ iã
nõ ex corpe ſenſus corporis: ſed ex memoria
formatur acies animi: cũ in ipa memoria ſpe
cies inheſerit corporis quod forinſecus ſenſi
mus: illã ſpeciem que in memoria eſt quaſi
parentẽ dicimꝰ eius que fit in phãtaſia co
gitãtis. Erat eĩ in memoria: ꝛ priuſqꝫ co
gitaret̃ a nobis ſicut erat corpus in loco: ꝛ
priuſqꝫ ſentiret̃ vt viſio fieret. Sed cũ cor
pus cogitat̃ ex illa quã memoria tenet ex
primitur in acie cogitantis: ꝛ reminiſcẽdo
formatur ea ſpecies: que quaſi proles eſt eiꝰ
quã memoria tenet. Sed neqꝫ illa vera pa
rẽs: neqꝫ iſta vera proles eſt. Acies quippe
animi que formatur ex memoria cũ recordã
do aliquid cogitamꝰ: non ex ea ſpecie pro
cedit quã meminimus viſam: quãdo qdeꝫ
coꝝ meminiſſe non poſſemꝰ niſi vidiſſemꝰ

Acies aūt animi que reminiſcēdo formatꝛ:
erat etiā priuſqꝫ corpus qđ meminimꝰ vi-
deremꝰ: quantomagis priuſqꝫ id memorie
mandaremus. Quū itaqꝫ forma que fit in
acie recordātis: ex ea fiat que ineſt memo-
rie: ipā tñ acies nō inde exiſtit: ſed erat an-
te iſtā. Conſequēs eſt aūt vt ſi nō eſt illa ve-
ra parēs: nec iſta vera ſit proles. Sed ꝛ illa
quaſi parēs: ꝛ iſta quaſi proles aliq̄d inſi-
nuat. Unde interiora atqꝫ veriora exerci-
tatius certiuſqꝫ videantꝛ. Difficilius iā pla-
ne diſcernitꝛ: vtrꝝ volūtas que memorie co-
pulat viſionē: nō ſit alicuius eorū ſiue pa-
rens ſiue proles: ꝛ hanc diſcretionis diffi-
cultatem facit eiuſdē nature atqꝫ ſubſtātie
parilitas ꝛ equalitas. Neqꝫ eñ ſicut foris
facile diſcernebatꝛ formatꝰ ſenſus a ſenſibi-
li corꝑe: ꝛ volūtas ab vtroqꝫ propter natu-
re diuerſitatē que ineſt ab inuicē oībus tri-
bus: đ qua ſatis ſupra diſſeruimꝰ: ita ꝛ hic
poteſt. Q̄uis eñ hec trinitas de qua nunc
queritꝛ forinſecus inuenta eſt animo: intus
tñ agitꝛ: ꝛ nō eſt quicq̄ꝫ eius p̄ter ipſius ani-
mi naturā. Quo igitꝛ pacto demōſtrari pōt
volūtatē: nec quaſi parētē: nec quaſi ꝓlem
eē: ſiue corporee: ſimilitudinis q̄ memoria
ꝯtinetꝛ: ſiue eius q̄ inde cū recordamur ex-
primitur: q̄ñ vtrūqꝫ in cogitādo ita copu-
lat: vt tanq̄ꝫ vnum ſingulariter appareat: ꝛ
diſcerni niſi rōne nō poſſit. Atqꝫ illud pri-
mū vidēdū eſt: nō eſſe poſſe volūtatē remi-
niſcēdi: niſi vel totū: vel aliquid rei eiꝰ quā
reminiſci volumꝰ: in penetralibꝰ memorie
teneamꝰ. Qđ eñ oīo mō ꝛ oīñi ex ꝑte ob-
liti fuerimꝰ: nec reminiſcēdi volūtas exori-
tur: q̄m quicquid recordari volumꝰ: recor-
dati iam ſumꝰ in memoria nr̄a eē vl̄ fuiſſe (
Uerbi gr̄a) Si recordari volo q̇d heri ce-
nauerim: aut recordatꝰ iā ſum cenaſſe me:
aut ſi ꝛ hoc nōdū certe circa ipm̄ tp̄s aliq̄d
recordatꝰ ſum: ſi nihil aliud ipm̄ ſaltem he-
ſternū diē ꝛ eius eā partē qua cenari ſolet:
ꝛ q̇d ſit cenare. Nā ſi nihil tale aliq̄d recor-
datus eſſem q̇d heri cenauerim: recordari
velle nō poſſem. Uñ intelligi pōt volūtatē
reminiſcēdi ab his quidē rebꝰ q̄ memoria
cōtinētꝛ ꝓcedere: adiunctis ſimul eis que
inde ꝑ recordationē cernēdo exprimūtur:
id eſt ex copulatiōe rei cuiuſdā quā recor-
dati ſumꝰ: et viſionis que inde facta eſt in
acie cogitātis cū recordati ſumꝰ. Sed ipā
que vtrunqꝫ copulat voluntas requirit et
aliud qđ quaſi vicinū eſt atqꝫ contiguū re-
cordāti. Tot igitꝛ huius generis trinitates
quot recordatiōes: qꝛ nulla eſt earꝝ vbi nō
hec tria ſunt: illud qđ in memoria recōditū
eſt etiam anteq̄ꝫ cogitetꝛ: ꝛ illud qđ fit in co-
gitatiōe cū cernitꝛ: ꝛ volūtas vtrūqꝫ coniū-
gens: ꝛ ex vtroqꝫ ac tertia ſeipā vnū aliq̄d
cōplēs. An potius ita cognoſcitꝛ vna que-
dā in hoc genere trinitas: vt vnū aliquid
generaliter dicamꝰ quicq̇d corꝑaliū ſpecie-
rum in memoria latet: ꝛ rurſus vnū aliq̄d
generalē viſionem animi talia recordātis
atqꝫ cogitātis: quorꝝ duorꝝ copulationi ter-
tia cōiungitꝛ copulatrix volūtas: vt ſit hoc
totū vnū quiddā ex quibuſdā tribus.

De multiplicatiōibus trinitatū q̄ ex recordatiōe patiūtꝛ. Ca. viii

Sed qm̄ nō pōt acies animi ſimul
omnia que memoria tenet vno aſpe-
ctu contueri: alternāt viciſſim ce-
dēdo ac ſuccedēdo trinitates cogitationū:
atqꝫ ita fit iſta innumerabiliter numeroſiſſi-
ma trinitas: nec tamen infinita ſi numerus
in memoria recōditarꝝ rerum nō excedatꝛ.
Ex quo eñ cepit vnuſquiſqꝫ ſentire corꝑa
quolibet corꝑis ſenſu etiā ſi poſſet adiun-
gere que oblitus eſt: certus ac determinatꝰ
profecto numerus foret: q̄uis innumera-
bilis. Dicimus eñ innumerabilia nō ſolū
infinita: ſed etiā que ita finita ſunt vt facul-
tatem numerātis excedāt. Sꝫ hinc aduer-
ti aliquanto manifeſtius pōt: aliud eſſe qđ
recōditum memoria tenet: ꝛ aliud qđ inde
in cogitatōe recordātis exprimitꝛ: q̄uis cū
ſit vtriuſqꝫ copulatio: vnū idemqꝫ videatꝛ:
qꝛ meminiſſe nō poſſumus corꝑm ſpēs: ni-
ſi tot quot ſenſimus: ꝛ quātas ſenſimꝰ: ꝛ ſi-
cut ſenſimꝰ: ex corꝑis eñ ſenſu eas in me-
moriā cōbibit animus. Uiſiones tñ ille co-
gitātiū ex his quidē rebꝰ que ſunt in memo-
ria: ſed tamē inumerabiliter atqꝫ oīno infi-
nite multiplicantꝛ atqꝫ variantꝛ. Unū q̇ppe
ſolem memini: qꝛ ſicuti eſt vnū vidi. Si vo-
luero autē duos cogito vel tres: vel quot-
quot volo: ſed ex eadē memoria qua vnū
memini: formatꝛ acies multos cogitātis: et
tm̄ memini quātum vidi. Si eñ maiorem
vel minorē memini q̄ꝫ vidi: iā nō memini
quod vidi: ꝛ ideo nec memini. Quia vero
memini: tātum memini quātū vidi: vel ma-
iorem tñ ꝓ voluntate cogito: vel minorē: ꝛ
ita memini vt vidi. Cogito autē ſicut volo
currentē: ꝛ vbi volo ſtantem: vnde volo ꝛ
quo volo venientē. Quadrū etiā mihi co-
gitare in promptu eſt: cū meminerim rotū-
dum: ꝛ cuiuſlibet coloris: cū ſolem viridē

nunq̄ viderim: ⁊ ideo nō meminerim. At-
q̄ vt ſolē: ita cetera. Hę aūt rerum forme:
qm̄ corꝑales atq̄ ſenſibiles ſunt: errat q̄dē
animus cū eas opinat̄ eo mō foris eē quo
modo intus cogitat: vel cū iā interierint fo
ris ⁊ adhuc in memoria retinent̄: vel cū ali
ter etiā qđ meminim⁹: nō recordandi fide:
ſed cogitandi varietate formatur. Q᷑q̄ ſe
piſſime credamus etiā vera narrātib⁹: q̄ ip
ſi ſenſib⁹ ꝑceperūt. Que cū in ipo auditu
quādo narrant̄ cogitam⁹: nō videt̄ ad me-
moriā retorqueri acies viſionis cogitātiū:
neq̄ eīm ea nobis recordātib⁹: ſ; alio narrā
te cogitam⁹: atq̄ illa trinitas nō hic videt̄
expleri: q̄ fit cū ſpecies in memoria latēs ⁊
viſio recordātis tertia volūtate copulant̄.
Non eīm qđ latebat in memoria mea: ſ; qđ
audio cogito cū aliq̄d mihi narrat̄. Nō ip-
ſas voces loquētis dico: ne quiſq̄ putet in
illā me exiſſe trinitatē q̄ foris in ſenſibilib⁹
⁊ in ſenſibus agit̄: ſed eas cogito corporu;
ſpēs: quas narrans verbis ſoniſq̄ ſignifi-
cat: q̄s vtiq̄ nō reminiſcēs: ſ; audiēs cogi-
to. Sed ſi diligētius ꝯſiderem⁹: nec tūc ex-
cedit̄ memorie modus. Neq̄ eīm vel intel
ligere poſſem narrantē: ſi ea q̄ dicit: ⁊ ſi cō-
texta tunc primū audirē: nō tn̄ generaliter
ſingula meminiſſe;. Qui eīm mihi narrat(
verbi gratia) aliquē mōtē ſilua exutū: oleis
indutū: ei narrat qui meminerim ſpecies ⁊
montiū ⁊ ſiluarū ⁊ oleaꝝ: quas ſi oblit⁹ eſ-
ſem: q̄d diceret oīno neſcirē: ⁊ ideo narra-
tionē illā cogitare nō poſſem. Ita fit vt oīs
q̄ corꝑalia cogitat: ſiue ipe aliq̄d cōfingat
ſiue audiat: aut legat: vel ꝓterita narrantē:
vel futura ꝓnunciantē: ad memoriā ſuā re
currat: ⁊ ibi reperiat modū atq̄ menſura;
omniū formarū q̄s cogitans intuet̄. Nam
neq̄ colorē quē nunq̄ vidit: neq̄ figuram
corꝑis: nec ſonū quē nunq̄ audiuit: nec ſa
porē quē nunq̄ guſtauit: nec odorē quem
nunq̄ olfecit: nec vllā ꝯtrectationē corpo-
ris quā nunq̄ ſenſit poteſt quiſq̄ omnino
cogitare. At ſi ꝓpterea nemo aliq̄d corꝑa-
le cogitat niſi qđ ſenſit: q᷑ nemo meminit
corꝑale aliq̄d niſi qđ ſenſit: ſicut in corpo-
rib⁹ ſentiendi: ſic in memoria eſt cogitandi
modus. Senſus eīm accipit ſpeciem ab eo
corpore qđ ſentimus: ⁊ a ſenſu memoria: a
memoria vero acies cogitātis. Voluntas
porro ſicut adiungit ſenſū corpori: ſic me-
moriā ſenſui: ſic cogitātis aciem memorie.
Que aūt cōciliat iſta atq̄ ꝯiungit: ipa etiā
diſiungit: ac ſeꝑat: id eſt voluntas. Sed a
ſentiēdis corporibus motu corporis ſepa
rat corporis ſenſus: ne aliquid ſentiamus:
aut vt ſentire deſinam⁹: veluti cū oculos
ab eo quod videre nolumus auertim⁹ vel
claudimus: ſic aures a ſonis: ſic nares ab
odoribus. Ita etiā vel os claudendo: vel
aliquid ex ore reſpuendo a saporib⁹ auer-
ſamur. In tactu quoq̄ vel ſubtrahim⁹ cor
pus ne tangamus quod nolum⁹: vel ſi ia;
tangamus: abijcimus aut repellimus. Ita
motu corporis agit volūtas: ne ſenſus cor
poris rebus ſenſibilibus copulet̄. Et agit
hoc q̄tum poteſt. Nam cū in hac actione
ꝓpter conditionē ſeruilis mortalitatis dif-
ficultatē patitur: cruciatus eſt conſequēs:
vt voluntati nihil reliqui fiat niſi tolerātia.
Memoriā vero a ſenſu voluntas auertit:
cū in aliud intēta n̄ ei ſinit inherere preſen-
tia. Quod aīaduertere facile eſt cū ſepe co
ram loquentē nobis aliquē aliud cogitan-
do non audiſſe nobis videmur: falſum eſt
autē. Audiuimus eīm ſed nō meminimus:
ſubinde ꝑ auriū ſenſum labentib⁹ vocib⁹:
alienato nutu volūtatis: per quē ſolent in
figi memorie: verius itaq̄ dixerimus cū ta
le aliquid accidit: nō meminim⁹: quā non
audimus. Na; ⁊ legentibus euenit ⁊ mihi
ſepiſſime: vt ꝑlecta pagina vel epiſtola ne-
ſciā quid legerim: ⁊ repetam. In aliud q̄p
pe intento nutu volūtatis: nō ſic eſt adhi
bita memoria ſenſui corporis: quō ipe ſen-
ſus adhibitus eſt litteris. Ita ⁊ ambulan-
tes intenta in aliud volūtate neſciunt qua
tranſierint: quod ſi nō vidiſſent nō ambu-
laſſent: aut maiore intētione palpādo am-
bulaſſent: ꝓſertim ſi ꝑ incognita pergerēt:
ſed quia facile ambulauerunt: vtiq̄ vide-
rūt. Quia vero nō ſicut ſenſus oculorū lo
cis quacūq̄ ꝑgebant: ita ipi ſenſui memo-
ria iungebat̄: nullo modo id quod viderūt
etiā recentiſſimū meminiſſe potuerūt. Ia;
porro ab eo qđ in memoria eſt animi aciē
velle auertere: nihil eſt aliud q̄ non inde
cogitare.

¶ Q᷑ in quolibet genere trinitatis volūtas nec parens inueniatur eſſe nec proles. ¶ Ca. IX

IN hac igit̄ diſtributione cum inci
pimus a ſpecie corporis: ⁊ ꝑueni-
mus vſq̄ ad ſpeciē q̄ fit in cōtuitu
cogitantis: q̄ttuor ſpecies reperiunt̄ quaſi
gradatim nate altera ex altera. Secūda de
prima: tertia de ſecunda: quarta de tertia.
A ſpecie q̄ppe corꝑis qđ cernit̄: exorit̄ ea q̄

fit in ſenſu cernētis: ⁊ ab hac ea q̄ fit in memoria: ⁊ ab ea q̄ fit in acie cogitātis. Quapropter volūtas quaſi parētē cū ꝓle ter copulat. Primo ſpeciē corporis cū ea quā gignit in corporis ſenſu. Et ipſam rurſus cum ea q̄ fit ex illa i memoria. Atq; iſtā quoq; tertio cū ea q̄ ex illa parit in cogitantis intuitu. Sʒ media copula q̄ ſecūda eſt: cū ſit vicinior nō tā ſimilis ē ꝑme q̄ʒ tertia: viſiōes eīn due ſūt: vna ſentientis: altera cogitantis. Ut aūt poſſit eſſe viſio cogitātis: ideo fit in memoria. De viſione ſentiētis ſile aliq̄d: quo ſe ita cōuertat in cogitando acies animi: ſicut ſe in cernēdo ꝯuertit ad corpꝰ acies oculoruʒ: ꝓpterea duas in h̄ genere trinitates volui cōmendare: vnā cuʒ viſio ſentientis formatᷣ ex corpe: aliā cū viſio cogitantis formatᷣ ex memoria. Mediā vero volui: q̄ꝛ ibi nō ſolet viſio dici: cū memorie cōmēdatᷣ forma: q̄ fit i ſenſu cernētis. Ubi q̄ʒ tn̄ volūtas nō apparet niſi copulatrix q̄ſi parētis ⁊ prolis. Et ideo vndecūq; ꝓcedat: nec parēs nec ꝓles dici pōt.

Quā facile ſit cogitanti fingere ſibi has ſpēs quas nō vidit ex earū recordatiōe quas vidit. Ca. x

At eīn ſi nō meminimꝰ niſi q̄d ſenſimꝰ: neq; cogitamꝰ niſi q̄d meminimus: cur pleꝝq; falſa cogitamꝰ cū ea q̄ ſenſimꝰ: n̄ vtiq; falſo meminerimꝰ: niſi q̄ꝛ volūtas illa quā cōiunctricē ac ſeparatricē huiuſcemodi reꝝ iā q̄ʒtū potui demōſtrare curaui: formādā cogitāt᷑ aciē ꝑ condita memorie ducit vt libitū ē: ⁊ ad cogitāda ea q̄ n̄ meminimꝰ ex eis q̄ meminimꝰ aliud hinc: aliud inde: vt ſumat ⁊ ipellit: q̄ in vnā viſionē coeūtia faciūt aliq̄d q̄d iō falſū dicatᷣ: q̄ꝛ vl̄ nō eſt foris in reꝝ corporearū natura: vel nō de memoria videtᷣ exp̄ſſū cū tale nihil nos ſenſiſſe meminimꝰ. Quis eīn vidit cygnū nigrū: ⁊ ꝓpterea nemo meminit: cogitare tn̄ q̄s nō pōt. Facile eſt enī illā figurā quā vidēdo cognouimus nigro colore ꝑfundē: quē nihilominꝰ in alijs corporibꝰ vidimꝰ. Et q̄ꝛ vtrūq; ſenſimꝰ: vtrūq; meminimus. Nec auē q̄drupedeʒ memini q̄ꝛ nō vidi. Sʒ phātaſiā talē facillime intueor dū alicui forme volatili q̄lē vidi adiūgo alios duos pedes: q̄les itidē vidi. Quapropt̄ dū ꝯiūcta cogitamꝰ q̄ ſigillatim ſenſa meminimꝰ videmur nō id q̄d meminimꝰ cogitare: cū id agamꝰ moderāte memoria vn̄ ſumimꝰ oīa q̄ multipliciter ac varie pro nr̄a volūtate cōponimꝰ. Nā neq; ipſas magnitudines corpoꝝ q̄s nūq; vidimus ſine ope memorie cogitamꝰ. Q̄ʒtū eīn ſpacij ſolet occupare ꝑ magnitudinē mundi noſter obtutꝰ: in tm̄ extēdimus q̄ſlibet corporum moles: cū eas maxīas cogitamꝰ. Et rō q̄dē ꝑgit in ampliora: ſʒ phantaſia nō ſequitur. Quippe cuʒ infinitatē q̄ʒ numeri ratio renūciet: quaʒ nulla viſio corꝑalia cogitātis apprehēdit. Eadē rō docet minutiſſima etiam corpuſcula īfinite diuidi: cū tn̄ ad eas tenuitates vel minutias ꝑuentū fuerit: q̄s viſas meminimus exiliores minutioreſq; phātaſias iā nō poſſumus ītueri: q̄ʒuis rō non deſinat ꝑſequi ac diuidere. Ita nulla corꝑalia niſi aut ea que meminimꝰ aut ex his que meminimꝰ cogitamus.

De mēſura ⁊ numero ⁊ pōdere quoꝝ ſimilitudo fit in memoria et viſione ⁊ volūtate. Ca. xi

Sed q̄ꝛ numeroſe cogitari p̄nt q̄ ſigillatim ſūt imp̄ſſa memorie: videtur ad memoriā mēſura: ad viſionē vero numerꝰ ꝑtinere. Quia lʒ innūerabilis ſit m̄ltiplicitas taliū viſionū: ſingulis tn̄ in memoria p̄ſcriptꝰ eſt intrāſgreſſibilis modus. Mēſura igitᷣ in memoria: in viſionibꝰ numerꝰ apparet: ſic in ipſis corꝑibꝰ viſibilibꝰ mēſura q̄daʒ eſt: cui numeroſiſſime coaptatᷣ ſenſus vidētium: ⁊ ex vno viſibili multoꝝ cernētiū formatᷣ aſpectꝰ: ita vt etiā vnꝰ ꝓpt̄ duoꝝ oculoꝝ numeꝝ pleruq; vnā rē geminatā ſpecie videat: ſic ſupra docuimus. In his ḡ rebus vn̄ viſiones exp̄muntur q̄dā mēſura eſt. In ipſis autē viſionibꝰ numerꝰ. Volūtas v̄o q̄ iſta cōiūgit ⁊ ordinat: ⁊ quadā vnitate copulat: nec ſentiēdi aut cogitādi appetitū niſi i his rebꝰ vn̄ viſiones formātᷣ acq̄eſcēs collocat ponderi ſimilis eſt. Quapropt̄ hec tria menſurā: numeꝝ pōdus etiā in ceteris oībus rebꝰ aīaduertēda ꝑlibauerim. Nūc interim volūtatē copulatricē rei viſibilis atq; viſionis q̄ſi parētis ⁊ ꝓlis: ſiue in ſentiēdo ſiue in cogitando: nec parentē nec ꝓlē dici poſſe: quō valui ⁊ quibꝰ valui demōſtraui. Un̄ tp̄us admonet hanc eandē trinitatē in interiore hoīe req̄rere: atq; ab iſto d̄ quo tādiu locutus ſuʒ aīali atq; carnali q̄ exterior dicitur introrſus tēdē. Ubi ſperamꝰ inuenire nos poſſe ſcḋm trinitatē imaginē dei (conatꝰ noſtros illo ipo adiuuāte) quē oīa: ſic res ipe indicāt: ita etiā ſctā ſcp̄tura in mēſura ⁊ numero ⁊ pondere diſpoſuiſſe teſtatᷣ.

Explicit liber vndecimus.

Incipiunt capl'a libri duodecimi.

i Quid ſit ꝙ etiā in animo noſtro intelligendū ſit ad exteriorē hominē pertinere.

ij Corporales ſenſus cōmunes nobis eſſe cū pecoribus: ſed ꝓpriū eſſe hominis de his que ſenſu corporis cōprehēdit ſecundū eternas iudicare rationes.

iij Actiones corpales ita demū eſſe rectas ſi eis regendis mētis intellectuale pfuerit.

iiij Quid interſit inter illud quo mēs inclinatur ad tpalia: ꝛ illud quo ptēplatur eterna.

v De opinione eoꝝ qui ꝯiugio maſculi ꝛ femine ꝛ eoꝝ proli diuinā cōparant trinitatem.

vj Quod homo nō ad vnius in trinitate pſone: ſed ad totius trinitatis imaginem ſit creatus.

vij De eo qd aplus dicit viri eſſe imaginē dei: mulierē aūt gloriā viri.

viij Quibus ꝓgreſſibus mens corpaliū vſu ꝛ imagine delectata: ab eternoꝝ cōtemplatione deficiat.

ix Quod perniciose relicto cōmuni bono: ꝑuata querant.

x Que ſit humana temptatio: ꝛ qd pec catū extra corpus habeat.

xj Quibus demutatiōib⁹ homo ab imagine dei in ſimilitudinē pecoris delabatur.

xij Quod compabilis ſit primoꝝ hominuꝫ puaricationi mens q̄ ad amorē tēporaliū ſenſu eſt tracta corporeo.

xiij De eoꝝ ſententia qui in vno homine mentē in pſona viri: ſenſum aūt corporis in pſona mulieris accipiēdū eſſe dixerunt.

xiiij In que officia ꝓprie ſapientia ꝛ ſciētia dei dant.

xv De opinione platonis qua credidit aīas aliā vitā priuſq̄ corporib⁹ induerent habuiſſe.

Aurelij auguſtini epiſcopi de trinitate liber duodecimus incipit.

Quid ſit ꝙ etiā in aīo nr̄o intelligendum ſit ad exteriorem hominem pertinere.

Capitulum. i

Age nunc videamus vbi ſit q̄ſi quoddā hoīs exterioris interioriſq̄ cōfiniuꝫ. Quicquid enī habem⁹ in animo cōmune cū pecore recte adhuc dicit ad exteriorē hominem ptinere. Non enī ſolū corpus homo exterior deputabitur: ſed adiūcta quadā vita ſua qua cōpages corporis ꝛ omnes ſenſus vigent: quibus inſtructus eſt ad exteriora ſentienda. Quoꝝ ſenſorū imagines infixe in memoria: cum recordādo reuiſunt: res adhuc agit ad exteriorem hominē ptinens. Atq̄ in his oībus nō diſtamus a pecore: niſi ꝙ figura corporis non proni: ſ erecti ſumus. Qua in re admonemur ab eo qui nos fecit: ne meliore nr̄i parte: id eſt animo ſimiles pecoribus ſimus: a quibus corporis erectione diſtamus: non vt in ea que ſublimia ſunt in corpibus animū proiciamus. Nam vel in talibus quietem volūtatis appetere: ꝓſternere eſt animū: ſed ſicut corpus ad ea que ſunt excelſa corpoꝝ: id eſt ad celeſtia naturaliter erectū ē: ſic anim⁹ que ſubſtātia ſpiritalis eſt: ad ea que ſunt in ſpiritalib⁹ excelſa erigendus eſt: non elatione ſuperbie: ſed pietate iuſticie.

Corpales ſenſus cōmunes nobis eſſe cū pecoribus: ſ proprium eſſe hoīs de his q̄ ſenſu corpis cōprehēdit ſcd̄m eternas iudicare rationes.

Ca. II

Poſſunt aūt ꝛ pecora ꝛ ſentire per corpis ſenſus extrinſec⁹ corpalia: ꝛ ea memoria fixa reminiſci: atq̄ in eis appetere cōducibilia fugere incōmoda: verū ea notare: ac nō ſolū naturalit rapta: ſ etiā de induſtria memorie cōmēdata retinere: ꝛ in obliuionē iāiāq̄ labētia recordādo: atq̄ cogitando rurſus imprimere: vt quēadmodū ex eo qd gerit memoria cogitatio formatur: ſic ꝛ hoc ipſum qd in memoria eſt cogitatiōe firmetur. Fictas etiaꝫ viſiones hinc atq̄ inde recordata q̄libet ſumēdo: et quaſi aſſumēdo cōponere: inſpicere: quēadmoduꝫ in hoc rerū genere q̄ veriſimilia ſunt diſcernant a veris: nō ſpiritalib⁹ ſ ipſis corpalib⁹. Hec atq̄ hmōi q̄uis in ſenſibilib⁹ atq̄ in eis q̄ inde animus p ſenſum corpis traxit agant atq̄ verſent: nō ſunt tn̄ rōnis expertia: nec hoībus pecoribuſq̄ cōmunia. Sꝫ ſublimioris rōnis eſt iudicare de iſtis corpalibus: ſcd̄m rōnes incorpa-

les ⁊ ſempiternas. Que niſi ſupra mẽtem
humanã eſſent: incõmutabiles ꝑfecto non
eſſent: atqꝫ in his niſi ſubiungeretur aliq̊d
noſtrum: non ſecundum eas poſſemus iu-
dicare de corporalibus. Judicamus autẽ
de corporalibus ex ratione dimenſionum
atqꝫ figurarum quã incõmutabiliter mane-
re mens nouit.

¶ Actiones corporales ita demum eſſe rectas ſi eis regẽdis mentis intellectuale ꝑfuerit. ¶ Ca. III

Illud vero noſtrũ quod in actione
corporaliũ atqꝫ temporaliũ tractã
dorũ ita verſat: vt nõ ſit nobis cõ-
mune cũ pecore: rõnale quidẽ eſt: ſed ex il-
la rationali noſtre mẽtis ſubſtãtia: qua ſub
heremus intelligibili atqꝫ incõmutabili ve
ritati tanqꝫ ductum ⁊ inferioribus tractan
dis gubernãdiſqꝫ deputatũ eſt. Sicut eñ
in omnib⁹ pecorib⁹ nõ inuentũ eſt viro ad
iutoriũ ſimile illi: niſi detractũ de illo in cõ
iugiũ formaret: ita menti noſtre qua ſuper
nã ⁊ internã cõſulimus veritatem: nullũ eſt
ad vſum rerũ corporaliũ quãtũ natura ho
minis ſatis eſt ſimile adiutorium ex anime
ꝑtibus quas cõmunes cũ pecoribus habe
mus. Et ideo quiddã rationale noſtrũ nõ
ad vnitatis diuortiũ ſeꝑatũ: ſed in auxili-
um ſocietatis q̃ſi deriuatũ in ſui operis diſ
Gen. 2 partit officiũ. Et ſicut vna caro eſt duorum
in maſculo ⁊ femina: ſic intellectũ noſtrũ: ⁊
actionẽ vel ꝯſiliũ: ⁊ executionẽ vel rõnem:
⁊ appetitũ rationalẽ: vel ſi q̊ alio modo ſig-
nificantius dici pñt: vna mẽtis natura cõ-
Ubi. s plectit: vt queadmodũ ꝺ illis dictũ ẽ: erũt
duo in carne vna: ſic de his dici poſſit: duo
in mente vna.

¶ Quid interſit inter illud q̊ mẽs inclinat ad tꝑalia: ⁊ illud quo ꝯtẽplatur eterna. ¶ Ca. IIII

Cum igitur diſſerim⁹ de natura mẽ
tis hũane de vna quadã re diſſeri
mus: nec eã in hec duo q̊ cõmemo
raui: niſi ꝑ officia geminamus. Itaqꝫ cum
in ea querimus trinitatem: in tota querim⁹:
nõ ſeparantes actionẽ rationalẽ in tempo
ralibus a cõtemplatione eternorũ: vt terti
um aliq̊d iam queramus quo trinitas im-
pleatur. Sed in tota natura mentis ita tri-
nitatẽ reperiri opus eſt: vt ſi deſit actio tẽ-
poraliũ cui operi neceſſariũ ſit adiutoriũ:
ꝓpter q̊d ad hec inferiora adminiſtranda
diriuet aliq̊d mentis in vna nuſqꝫ diſperti
ta mente trinitas inueniat. Et facta iã iſta
diſtributione in eo ſolo q̊d ad cõtemplati-
onẽ ꝑtinet eternorũ: nõ ſolũ trinitas: ſed eti
am imago dei. In hoc aũt q̊d diriuatũ eſt
in actione tꝑaliũ: etiã ſi trinitas poſſit non
tamẽ imago dei poſſit inueniri.

¶ De opinione eorũ qui coniugio maſculi ⁊ femine ⁊ eorũ ꝓli diuinã cõparant trinitatẽ. ¶ Ca. V

Proinde nõ mihi vident ꝓbabilẽ
afferre ſententiã q̊ ſic arbitrant tri-
nitatẽ imaginis dei in trib⁹ ꝑſonis
q̊d attinet ad humanã naturã poſſe reperi
ri: vt in ꝯiugio maſculi ⁊ femine atqꝫ in eo-
rũ prole cõpleat. Q̊d quaſi vir ipſe patris
ꝑſonã intimet: filij vero q̊d de illo ita ꝓceſ-
ſit vt naſceret: atqꝫ ita tertiã ꝑſonam velut
ſpiritus dicũt eſſe mulierẽ: que ita de viro
ꝓceſſit: vt nõ ipa eſſet filius aut filia: cuius
ea cõcipiente proles naſceret. Dixit enim
dñs de ſpirituſancto qꝫ a patre ꝓcedat: et Joh. 15
tñ filius nõ eſt. In huius igit opinionis er
rore hoc ſolũ ꝓbabiliter affert: q̊d in origi-
ne facte femine ſcḋm ſancte ſcripture fidẽ ſa-
tis oſtendit: nõ omne quod de aliqua ꝑſo-
na ita exiſtit: vt perſonã alteram faciat filiũ
poſſe dici: qñ quidẽ de viri ꝑſona extitit ꝑ-
ſona mulieris: nec tñ eius filia dicta eſt. Ce-
tera ſane ita ſunt abſurda: imo vero ita fal
ſa: vt facillime redarguant. Omitto enim
quale ſit ſpiritũſanctũ matrẽ filij putare et
ꝯiugẽ patris: fortaſſis quippe reſpondeat
hec in carnalibus habere offenſionẽ dum
corporei cõcept⁹ partuſqꝫ cogitant. Quã-
qꝫ ⁊ hec ipa caſtiſſime cogitẽt: quib⁹ mundis
omnia munda ſunt: imundis aũt ⁊ infideli
bus quorũ polluta ſunt: ⁊ mens ⁊ conſciẽ-
tia: ita nihil eſt mundũ: vt quoſdã eorũ etiã
de virgine ſcḋm carnẽ natus chriſtus offen-
dat. Sed tamen in ſpiritalibus illis ſũmis
vbi nõ ẽ aliq̊d violabile: aut corruptibile.
nec natũ ex tꝑe: nec ex informi formatum: ſi
qua dicunt talia: ad quorũ ſimilitudinem
etiã iſta inferioris creature genera quis lõ
ge remotiſſime facta ſunt: nõ debẽt cuiuſqꝫ
ſobriã perturbare prudentiã: ne cum vanũ
deuitat horrorẽ in ꝑniciosũ incurrat erro-
rem. Aſſueſcat in corꝑib⁹ ita ſpiritaliũ re-
perire veſtigia: vt cũ inde ſurſũ verſus du
ce ratione aſcẽdere ceperit: vt ad ipam in-
cõmutabilẽ veritatẽ ꝑ quã ſunt facta iſta ꝑ-
ueniat: nõ ſecum ad ſũma ꝑtrahat q̊d ꝯtẽ-
nit in infimis. Nec eñ erubuit quidã: vxo
rẽ ſibi eligere ſapientiã. Quia nomẽ vxoris
in prole gignẽda corruptibilẽ cõcubitũ in-

gerit cogitanti: aut vero ipſa ſapiẽtia ſexu
femina eſt: qꝛ feminini generis vocabulo ꝛ
in greca ꝛ latina lingua enunciat.

Qꝛ homo nõ ad vnius in trinita te pſone: ſed ad toti⁹ trinitatis ima ginẽ ſit creatus. Ca. VI

Non ergo ꝓpterea reſpuimus iſtaꝫ
ſententiã: qꝛ timemus ſanctã ꝛ in
uiolabilem caritatẽ: tanq̃ cõiugẽ
dei patris de illo exiſtentẽ. Sed nõ ſicut ꝓ
Job. i lem ad gignendũ verbũ: ꝑ quod facta ſunt
omnia cogitare. Sed qꝛ eam falſam diuĩa
Geñ. i ſcriptura euidenter oſtendit. Dixit enĩ de
us: Faciamus hominẽ ad imaginẽ noſtrã:
paulopoſt aũt dictũ eſt: Et fecit de⁹ homi
nem ad imaginẽ dei. Noſtrã certe qꝛ plura
lis eſt numerus: non recte diceretur: ſi homo
ad vni⁹ pſone imaginẽ fieret: ſiue patris: ſi
ue filij: ſiue ſpiritusſcti. Sed qꝛ fiebat ad
imaginẽ trinitatis: ꝓpterea dictũ eſt ad ima
ginẽ noſtrã. Rurſus aũt ne in trinitate cre
dendos arbitraremur tres deos cũ ſit ea
dẽ trinitas vnus de⁹. Et fecit inquit deus
hominẽ ad imaginẽ dei: ꝓ eo ac ſi diceret
ad imaginẽ ſuaꝫ. Sunt enĩ tales vſitate in
litteris illis locutiões: quas nõnulli catho
licã ſi etiã fidẽ aſſerũt: nõ tñ diligenter ad
uertunt: vt putent ita dictum: Fecit deus
ad imaginẽ dei: q̃ſi diceretur: fecit pr̃ ad ima
ginẽ filij. Sic volentes aſſerere in ſcripturis
ſanctis deũ dictũ etiam filiũ: q̃ſi deſint alia
veriſſima ꝛ manifeſtiſſima documẽta: vbi
nõ ſolũ de⁹: ſed etiã verus de⁹ dict⁹ ẽ fili⁹.
In hoc enĩ teſtimonio dũ aliud ſoluere in
tendũt: ſic ſe implicãt: vt expedire nõ poſ
ſint. Si enĩ pater fecit ad imaginẽ filij: ita
vt nõ ſit homo imago patris ꝛ filij: diſſimi
lis ẽ patri fili⁹. Si. n. pia fides docet: ſicuti
fides docet filiũ eẽ ad equalitatẽ eẽntie ſi
milẽ patri qđ ad ſimilitudinẽ filij factũ eſt:
neceſſe eſt etiã ad ſimilitudinẽ patris factũ
ſit. Deinde ſi hominẽ pater nõ ad ſuã: ſed
ad filij fec imaginẽ: cur nõ ait: Faciam⁹ ho
minẽ ad imaginẽ ꝛ ſimilitudinẽ tuã: ſed ait
noſtrã: niſi qꝛ trinitatis imago fiebat in ho
mine: vt hoc modo eſſet homo imago vni⁹
veri dei: qꝛ ipa trinitas vnus verus deus
eſt. Locutiones aũt ſunt innumerabiles ta
les in ſcripturis: ſꝫ has ꝓtuliſſe ſuffecerit.
Pſ. 3 Eſt in pſalmis ita dictũ: Domini eſt ſalus
ꝛ ſuꝑ populũ tuũ benedictio tua: quaſi al
teri dictũ ſit: nõ ei de quo dixerat: Domi
Pſ. 17 ni eſt ſalus. Et iterũ: A te inquit eruar a tẽ
ptatione: ꝛ in deo meo ſperans trãſgrediar
murũ: quaſi alteri dixerit a te eruar a tem
ptatione. Et iterum: Populi ſub te cadẽt Pſ. 44
in corda inimicorũ regis. Ac ſi diceret: In
corda inimicorũ tuorũ. Ei quippe regi di
xerat: id eſt dño nr̃o ieſu xp̃o: populi ſub te
cadent: quẽ regẽ intelligi voluit: cũ diceret
inimicoꝝ regis. Rarius iſta in noui teſta
menti litteris inueniuntur. Sed tñ ad roma
nos apl's de filio ſuo inquit: q̃ fact⁹ eſt ei ex Roma. i
ſemine dauid ſꝫm carnẽ: qui predeſtinatus
eſt filius dei in virtute ſcđm ſpiritũ ſanctifi
cationis ex reſurrectiõe mortuoꝝ ieſu chri
ſti dñi nr̃i. Tanq̃ de alio ſuꝑ diceret. Quid
eſt enĩ filius dei pdeſtinat⁹ ex reſurrectiõe
mortuoꝝ ieſu chriſti: niſi eiuſdẽ ieſu chriſti
qui predeſtinat⁹ eſt fili⁹ dei in virtute: Er
go quõ hic cũ audiuim⁹ fili⁹ dei in virtute
ieſu chriſti: aut filius dei ſꝫm ſpiritũ ſancti
ficationis ieſu chriſti: aut fili⁹ dei ex reſurre
ctione mortuoꝝ ieſu xp̃i: cuꝫ dici potuiſſet
vſitate in virtute ſua: aut ſꝫm ſpiritũ ſancti
ficationis ſue: aut ex reſurrectõe mortuoꝝ
ei⁹: vel mortuoꝝ ſuoꝝ: nõ cogimur intelli
gere aliã pſonã: ſed vnã eãdẽq̃ ſcꝫ filij dei
dñi noſtri ieſu chriſti. Ita cũ audiuim⁹: Fe Geñ. i
cit deus hoiem ad imaginẽ dei: q̃uis poſ
ſit vſitati⁹ dici ad imaginẽ ſuã: nõ tñ cogi
mur aliã pſonã intelligere in trinitate: ſꝫ ip
ſam vnã eandẽq̃ trinitatẽ: qui eſt vn⁹ de⁹:
ad cui⁹ imaginẽ fact⁹ eſt homo. Que cum
ita ſint: ſi eandem trinitatis imagineꝫ nõ in
vno ſed in tribus hoibus acceperim⁹: pr̃e
ꝛ matre ꝛ filio: nõ erat ergo ad imaginẽ dei
fact⁹ homo anteq̃ vxor ei fieret: ꝛ anteq̃ fi
liũ ꝓpagarent: qꝛ nondũ erat trinitas. An
dicit aliqs. Iã trinitas erat: qꝛ etſi nonduꝫ
forma ꝓpria: iã tamẽ originali natura ꝛ mu
lier erat in latere viri: ꝛ fili⁹ in lumbis pr̃is.
Cur ḡ cũ ſcptura dixiſſet: Fecit de⁹ hoiem Ibi. 3
ad imaginẽ dei: cõtexuit dicẽs: Fecit deus Ibidem.
eũ: maſculũ ꝛ feminã fecit eos: ꝛ benedixit
eos? Vel ſi ita diſtinguẽdũ eſt: ꝛ fecit deus
hoiem: vt deinde inferatur ad imaginẽ dei fec
illũ: ꝛ tertia ſubiunctio ſit: maſculũ ꝛ femi
nã fecit eos. Quidã enĩ timuerũt dicere: fe
cit eũ maſculũ ꝛ feminã: ne quaſi mõſtruo
ſum aliqđ intelligeretur: ſicuti ſũt q̃s herma
phroditas vocant: cũ etiã ſic nõ mendaciter
poſſit intelligi vtrũq̃ in numero ſingulari:
ꝓpter id qđ dictũ ẽ: Duo in carne vna. Cur Geñ. 2
ergo vt dicẽ ceperã in natura hominis ad
imaginẽ dei facta pter maſculũ ꝛ feminã ñ
cõmemorat ſcriptura? Ad implendã q̃ppe
imaginẽ trinitatis debuit addere ꝛ filium:

Quis adhuc in lũbis patris cõſtitutũ ſicut mulier erat in latere. An forte iã facta erat ⁊ mulier: ⁊ ſcriptura breui cõplexione conſtrinxerat: qd poſtea queãdmodũ ſit factũ diligentius explicaret: ⁊ propterea fili⁹ cõmemorari nõ potuit: qꝛ nondũ erat natus: q̃ſi ⁊ hoc nõ poterat ea breuitate complecti ſpiritusſanctus ſuo loco poſtea natũ filiuꝫ narraturus: ſicut mulierẽ de viri latere aſſumptã ſuo poſtmoduꝫ loco narrauit: ⁊ tñ hic eã nominare nõ pretermiſit.

¶ De eo qd apoſtolus dicit virum eſſe imaginẽ dei: mulierẽ aũt gloriam viri. ¶ Ca. VII

Non itaqꝫ ita debemus intelligere hoĩeꝫ factũ ad imaginẽ ſũme trinitatis: hoc eſt ad imaginẽ dei: vt eadem imago in tribus intelligat̃ hominib⁹: pſertim cum apoſtolus virũ dicat eſſe imaginẽ dei: ⁊ propterea velamentũ ei capitis demat: qd mulieri adhibẽdũ monet: ita loquens: Uir quideꝫ nõ debet velare caput (i. Cor. xi) cũ ſit imago ⁊ gloria dei. Mulier aũt gloria viri eſt. Quid ergo dicemus ad hec? Si ꝑ ſua pſona mulier adimplet imagineꝫ trinitatis: cur ea detracta d latere viri adhuc ille imago dicitur? Aut ſi ⁊ vna pſona hominis ex tribus poteſt dici imago dei: ſicut in ipſa ſumma trinitate ⁊ vnaqueqꝫ pſona de⁹ eſt: cur ⁊ mulier non eſt imago dei? Nã propterea caput velare precipitur: quod ille qꝛ imago dei eſt prohibet̃. Sed videndũ eſt quomõ nõ ſit contrariũ qd dicit apoſtolus: nõ mulierẽ ſed virum eſſe imaginẽ dei: (Ubi. s.) huic quod ſcriptũ eſt in geneſi: Fecit deus (Gen. i) hominẽ: ad imaginẽ dei fecit eum: maſculuꝫ ⁊ feminã fecit eos: ⁊ benedixit eos. Ad imaginẽ quippe dei naturã ipam humanã factã dicit: que ſexu ex vtroqꝫ completur: nec ab intelligẽda imagine dei ſeparat feminam. Dicto eñ q fecit deus hominẽ ad imaginẽ dei: fecit eũ inquit maſculũ ⁊ feminam: vel certe alia diſtinctione: maſculum ⁊ feminã fecit eos. Quomõ ergo ꝑ apoſtolũ audiuimus virũ eſſe imaginẽ dei: vnde (i. Cor. xi) caput velare prohibet̃: mulierem aũt nõ: ⁊ ideo ipſa hoc facere iubet̃: niſi credo illud eſſe qd iam dixi: cũ de natura humane mẽtis agerem: mulierẽ cum viro ſuo eſſe imaginẽ dei: vt vna imago ſit tota illa ſubſtantia. Cum aũt ad adiutoriũ diſtribuitur qd ad eamipam ſolã attinet: nõ eſt imago dei: qꝫ autẽ ad virum ſolũ attinet: imago dei ẽ: tam plena aut integra: qꝫ in vnũ cõiuncta muliere. Sicut de natura humane mentis diximus: quia etſi tota cõtempletur veritatẽ imago dei eſt: ⁊ cũ ex ea diſtribuit̃ aliqd: ⁊ quadã intentione deriuatur ad actioneꝫ rerum temporaliũ: nihilomin⁹ ex qua parte conſpectã conſulit veritatem: imago dei eſt: ex qua vero intendit̃ in agenda inferiora: nõ eſt imago dei. Et qm̃ qꝫtũcũqꝫ ſe extenderit in id quod eternũ eſt: tantomagis inde format̃ ad imaginẽ dei: ⁊ ꝓpterea nõ eſt cohibenda vt ſe inde ꝯtineat ac temperet: ⁊ ideo vir nõ debet velare caput. Quia vero illi rationali actioni que in rebus corporalibus temporalibuſqꝫ verſat̃: periculoſa eſt nimia in inferiora ꝓgreſſio: debet habere poteſtatẽ ſup caput: qd indicat velamentũ quo ſignificatur eſſe cohibenda. Grata eſt eñ ſanctis angelis ſacrata ⁊ pia ſignificatio. Nã deus nõ ad tẽpus videt: nec aliqd noui fit in eius viſione atqꝫ ſcientia: cũ aliquid temporaliter ac trãſitorie geritur: ſicut inde afficiunt̃ ſenſus vel carnales animaliũ ⁊ hominũ vel etiã celeſtes angelorũ. In iſto quippe manifeſto ſexu maſculi ⁊ femine: apoſtolus paulus occultioris cuiuſdam rei figuraſſe myſterium. Uel hinc intelligi poteſt: qd cuꝫ alio loco dicat verã viduã eſſe deſolatã ſine filijs ⁊ nepotibus: ⁊ tñ eã ſperare debere in deũ: ⁊ pſiſtere in orationib⁹ nocte ⁊ die: hic indicat mulierẽ ſeductã in ꝑuaricatione facta: ſaluã fieri ꝑ filioꝝ generationẽ. Et addit: ſi pmanſerit in fide ⁊ dilectione ⁊ ſanctificatiõe cũ ſobrietate. (i. Thi. 5) Quaſi vero poſſit obeſſe bone vidue ſi vel filios nõ habuerit: vel hi quos habuerit: ſi in bonis operib⁹ pmanere voluerint. Sed qꝛ ea que dicunt̃ opera bona tanqꝫ filij ſunt vite noſtre: ſm quam querit̃ cuius vite ſit quiſqꝫ: id eſt quõ agat hec tẽporalia: quã vitã greci nõ zoen: ſꝫ bion vocãt. Et hec opera bona maxime in officijs miſericordie frequentari ſolent. Opera vero miſericordie nihil ꝓſunt: ſiue paganis ſiue iudeis: qui chriſto nõ credũt: ſiue quibuſcũqꝫ hereticis vel ſciſmaticis: vbi fides ⁊ dilectio ⁊ ſobria ſanctificatio nõ inuenit̃: manifeſtũ eſt qd apoſtolus ſignificare voluerit: ideo figurate ac myſtice quia de velãdo mulieris capite loquebat̃: qd niſi ad (i. Cor. xi) aliqd ſecretum ſacramẽti referat̃: inane remanebit. Sicut eñ non ſolum veraciſſima ratio: ſed etiã ipſius apoſtoli declarat auctoritas: nõ ſm formam corporis homo factus eſt ad imaginẽ dei: ſed ſm rationalem

mentem. Cogitatio quippe turpiter vana
eſt: que opinatur deum membrorū corpo-
raliū: lineamētis circūſcribi: atq3 diffiniri.
Porro autē nōne idem beatus apoſtolus
Ephe. 4 dicat: Renouamini ſpiritu mentis veſtre:
⁊ induite nouū hominē qui ſm deum crea
Colo. 3 tus eſt. Et alibi apertius: Exuētes vos in-
quit veterē hominē cū actibus eius: ⁊ in-
duite nouū qui renouatur in agnitione dei
ſcđm imaginem eius qui creauit eū. Si er-
go ſpiritu mentis noſtre renouamur: ⁊ ipe
eſt nouus homo qui renouat in agnitione
dei ſcđm imaginem eius qui creauit eum:
nulli dubiū eſt nō ſcđm corpus: neq3 ſecū-
dum quālibet animi partem: ſed ſcđm rati
onalem mentē vbi poteſt eſſe agnitio dei:
hominē factum ad imaginē eius qui crea-
uit eum. Scđm hanc autē renouationē ef-
ficimur etiam filij dei per baptiſmū chriſti:
⁊ induentes nouū hominē: chriſtum vtiq3
induimur per fidem. Quis eſt ergo qui ab
hoc cōſortio feminas alienet: cū ſint nobi-
ſcum gratie coheredes: Et alio loco idem
Gal. 3 apoſtolus dicat: Omnes eñ filij dei eſtis
per fidem in chriſto ieſu. Quicūq3 enim in
chriſto baptizati eſtis: chriſtum induiſtis.
Non eſt iudeus neq3 grecus: non eſt ſeru⁹
neq3 liber: non eſt maſculus neq3 femina:
omnes eñ vos vnum eſtis in chriſto ieſu.
Nūquid nam igit fideles femine ſexū cor-
poris amiſerunt: Sed qr ibi renouātur ad
imaginē dei vbi ſexus nullus eſt: ibi factus
eſt homo ad imaginē dei vbi ſexus nullus
I. Cor. ij eſt: hoc eſt in ſpiritu mentis ſue. Cur ergo
vir ꝑpterea non debet caput velare quia
imago eſt ⁊ gloria dei: Mulier aūt debet:
quia gloria viri eſt: quaſi mulier nō renoue
tur ſpiritu mentis ſue: qui renocat in agni-
tiōe dei ſcđm imaginē eius qui creauit eū.
Sed quia ſexu corporis diſtat a viro: rite
potuit in eius corporali velamento figura-
ri pars illa rationis: que ad temporalia gu
bernanda deflectit: vt non maneat imago
dei niſi ex qua parte mēs hominis eternis
rationib⁹ cōſpiciendis vel cōſulendis ad-
hereſcit: quā nō ſolum maſculos: ſed etiā
feminas habere manifeſtū eſt. Ergo in eo-
rum mētibus cōmunis natura cognoſcit:
in eorū vero corporibus ipius vnius men
tis diſtributio figuratur.

¶ Quibus progreſſibus mēs cor
poralium viſu et imagine delecta-
ta: ab eternorū cōtemplatione de-
ficiat. ¶ Ca. viij

Aſcendentibus itaq3 introrſus q̄-
buſdā gradibus cōſideratiōis per
anime partes: vñ incipit aliquid
occurrere: qđ nō ſit nobis cōmune cum be
ſtijs: inde incipit ratio vbi hō interior iam
poſſit agnoſci. Qui etiā ipe ſi per illā ratio
nem cui temporaliū rerū adminiſtratio de-
legata eſt: immoderato progreſſu nimis in
exteriora prolabit: conſentiēte ſibi capite
ſuo: id eſt nō eam cohibēte atq3 refrenāte:
illa que in ſpeculo cōſilij preſidet quaſi vi-
rili portione inueterat inter omnes inimi-
cos ſuos: virtut inuidos demones cū ſuo
principe diabolo eternorūq3 illa viſio: ab
ipſo etiam capite cum cōiuge vetitū mādu
cāte ſubtrahitur: vt lumē oculorū eius nō
ſit cum illo. Ac ſic ab illa illuſtratione veri
tatis ambo nudati: atq3 apertis oculis cō-
ſcientie ad videndū q3 inhoneſti atq3 inde
cori remanſerint: tanq3 folia dulciū fructu
um: ſ ſine ipis fructibus: ita ſine fructu bo
ni operis bona verba ꝯtexerunt: vt male vi
uentes quaſi bene loquendo cōtegant tur
pitudinem ſuam.

¶ Qđ ꝑnicioſe relicto cōmuni bo
no priuata q̄rant. ¶ Ca. ix

Poteſtatem quippe ſuam diligens
anima a cōmuni vniuerſo ad pri-
uatā partem prolabitur: ⁊ apoſta-
tica illa ſuperbia: quod initiū peccati dici-
tur: cū in vniuerſitate creature deū rectorē
ſecuta: legibus eius optime gubernari po-
tuiſſet: plus aliquid vniuerſo appetēs atq3
id ſua lege gubernare molita: quia nihil eſt
amplius vniuerſitate in curā partilem tru-
ditur: ⁊ ſic aliquid amplius cōcupiſcendo
minuitur. Unde ⁊ auaricia dicit radix om 1. Thi. 6
nium malorum. Totūq3 illud vbi aliquid
propriū cōtra leges quib⁹ vniuerſitas ad-
miniſtratur agere nititur: per corpus ꝓpri-
um gerit: quod partiliter poſſidet: atq3 ita
formis ⁊ motib⁹ corpalibus delectata: q̄a
intus eas ſecum nō habet: cum eorū imagi
nibus quas memorie fixit inuoluit: ⁊ phā-
taſtica fornicatione turpiter inquinat: om
nia officia ſua ad eos fines referens: quib⁹
curioſe corpalia ac tēporalia ꝑ corpis ſen-
ſus querit. Aut tumido faſtu alijs animis
corporeis ſenſibus deditis eſſe affectat ex-
celſior: aut cenoſo gurgite carnalis volup
tatis immergitur.

¶ Que ſit humana tēptatio: ⁊ qđ
peccatū extra corpus habeatur.
¶ Capitulum. x

C Um ergo bona voluntate ad inte
riora ⁊ ſuperiora percipiēda: q̄ nō
priuatim: ſed cōmuniter ab omni-
bus q̄ talia diligūt ſine vlla anguſtia vel in-
uidia caſto poſſident amplexu: vel ſibi vel
alijs cōſulit: ⁊ ſi fallat in aliq̄ ꝑ ignorantiā
temporaliū: q2 ⁊ hoc temporaliter gerit: ⁊
modum agendi nō teneat quē debebat: hu
mana temptatio eſt. Et magnū eſt hanc vi
tam ſic degere: quā velut viam redeuntes
j. Cori. jo carpimus: vt temptatio nos nō apprehen-
dat niſi humana. Hoc em̄ peccatum extra
corpus eſt: nec fornicationi deputat: ⁊ ꝓp-
terea facillime ignoſcit. Cum vero propter
adipiſcēda ea que ꝑ corpus ſentiūtur ꝓpt
experiendi vel excellendi vel cōtrectandi
cupiditatem: vt in his finē boni ſui ponat:
aliquid agit: quicq̄d agat turpiter agit: et
fornicat in corpus ꝓprium peccās: ⁊ cor-
porearū rerū fallacia ſimulacra introrſus
rapiens: ⁊ vana meditatione cōponēs: vt
ei nec diuinū aliquid niſi tale videatur: pri
uatim auara fetat erroribus: ⁊ priuatim ꝓ-
diga inanitur viribus. Nec ad tam turpē
⁊ miſerabilē fornicationē ſimul ab exordio
Ecc̄. j9 ꝓſiliret: ſed ſicut ſcriptū eſt. Qui modica
ſpernit paulatim decidet.

Quibꝰ demutationibus hō ab imagine dei in ſimilitudinē pecoris delabitur. Ca. XI

Q Uomō em̄ coluber nō apertis paſ
ſibꝰ ſed ſquamarū minutiſſimis ni
ſibus repit: ſic lubricus deficiendi
motꝰ negligentes minutatim occupat: ⁊ in
cipiēs a ꝑuerſo appetitu ſimilitudīs dei: ꝑ-
uenit ad ſimilitudinē pecoꝝ. Inde ē ꝙ nu
Gen̄. 3 dati ſtola prima: pelliceas tunicas morta-
litate meruerūt. Honor em̄ hoīs verus eſt
imago ⁊ ſimilitudo dei: q̄ non cuſtodit niſi
ad ipm̄ a q̄ imprimit. Tātomagis itaq̄ in-
ſeipſa mens: ⁊ meminiſſe: ⁊ intelligē: ⁊ ama
re inuenit: etiā vnde nō cogitabat: quādo
aliud cogitabat. Sed vnde diu nō cogita-
uerimꝰ: ⁊ vnde cogitare niſi cōmoniti non
valemꝰ: id nos neſcio quo eodēqꝫ miro mō
ſi pōt dici: ſcire neſcimus. Deniqꝫ recte ab
eo qui cōmemorat: ei cui ꝯmemorat dicit̃:
Scis hoc: ſed ſcire te neſcꝭ. Commemora-
bo ⁊ inuenies te ſcientē quod te neſcire pu
taueras. Id agunt ⁊ littere que de his re-
bus cōſcripte ſunt: quas res duce ratione
veras eſſe inuenit lector: non quas veras
eē credit ei qui ſcripſit: ſicut legit̃ hiſtoria:
ſed quas veras eſſe etiam ipē inuenit: ſiue
apud ſe: ſiue in ipa mētis luce v̑itate. Qui
vero nec admonitꝰ valet iſta cōtueri: ma-
gna cecitate cordis tenebris ignorātie di-
merſus eſt altius: ⁊ mirabiliore diuina ope
indiget: vt poſſit ad verā ſapientiā ꝑueni-
re. Propter hoc itaqꝫ volui de cogitatiōe
adhibere qualecūqꝫ documētū: quo poſſet
oſtendi quomō ex his que memoria conti-
nent̃ recordātis acies informet̃: ⁊ tale ali-
quid gignatur vbi hō cogitat: quale in illo
erat vbi ante cogitationē meminerat: qꝛ fa
cilius dinoſcit̃ quod tp̄e accedit: ⁊ vbi pa-
rens prolem ſpacio tp̄is antecedit. Nam ſi
nos referamꝰ ad interiorē mentis memoriā
qua ſui meminit: ⁊ interiorē intelligentiā q̃
ſe intelligit: ⁊ interiorē volūtatē qua ſe dili
git: vbi hec tria ſimul ſunt: ⁊ ſimul ſemꝑ fue
runt ex quo eſſe ceperūt: ſiue cogitarent̃: ſi-
ue nō cogitarent̃: videbit̃ quidē imago il-
lius trinitatis: ⁊ ad ſolā memoriā pertine-
re. Sed qꝛ ibi verbū eſſe ſine cogitatiōe nō
pōt. Cogitamꝰ eñ oīe qđ dicimꝰ: etiā il-
lo interiore verbo qđ ad nullius gētis per-
tinet linguā: in tribus potiꝰ illis imago iſta
cognoſcit̃: memoria ſcꝫ intelligētia: volun
tate. Hāc aūt nūc dico intelligētiā qua in-
telligimꝰ cogitantes: id eſt qñ eis repertis
que memorie preſto fuerāt: ſꝫ nō cogitabā-
tur: cogitatio noſtra format̃: ⁊ eā volūtatē:
ſiue amorē: vel dilectionē: que iſtam prolē
parētemqꝫ cōiungit: ⁊ quodāmō vtriqꝫ cō
munis eſt. Hinc factū eſt vt etiā ꝑ exterio-
ra ſenſibilia que per oculos carnis vident̃:
legentiū ducerem tarditatē: in. xj. ſcꝫ libro
atqꝫ inde cū eis ingrederer ad hoīs iterio-
ris eā potentiā qua ratiocinat̃ de tp̄alibus
rebus: diſſerēs illā principaliter dominan
tem qua cōtemplat̃ eternas: atqꝫ id duobꝰ
voluminibꝰ egi duodecimo vtrūqꝫ diſcer-
nens: quorū vnū eſt ſuperius: alterū infe-
rius: qđ ſuperiori eſſe ſubditū debet. Ter-
tiodecimo aūt đ munere inferioris quo hu
manarū rerū ſciētia ſalubris cōtinet̃: vt in
hac tp̄ali vita id agamus quo ꝯſequamur
eternā: quanta potui veritate ac breuitate
diſſerui: qñ quidē rem tam multiplicē atqꝫ
copioſaꝫ multoꝝ atqꝫ magnoꝝ diſputatio
nibus multis magniſqꝫ celebratā: vno ſtri
ctā volumine incluſi: oñdens etiā in ipa tri
nitatē: ſꝫ nondū q̃ dei ſit imago dicēda.

De principali mentis in quo intuenda eſt ſumme imago trinitatis. Ca. viii

Nunc vero ad eam iam ꝑuenimus
diſputationē: vbi ꝑ̇ncipale mētis
hūane quo nouit deū vel pōt ne
ſe ꝯſiderandū ſuſcepimꝰ: vt eo repperiamꝰ
imaginē dei. Q̃uis eñ mens humana nō
ſit eius nature cuius eſt deus: imago tñ na
ture eiꝰ qua natura melior nulla ē ibi que-
renda: ⁊ inueniēda eſt in nobis quo etiam
natura noſtra nihil habet melius: ſed ꝑ̇us
mens in ſeipa ꝯſiderāda eſt anteq̃ ſit par-
ticeps dei: ⁊ in ea reppeiēda eſt imago eiꝰ.
Diximꝰ eñ eaꝫ ⁊ ſi amiſſa dei participatio

ne obſoletā: atq̧ deformē: dei tñ imaginē ꝑ
manere. Eo q̄ppe ipo imago eiꝰ eſt: quo eiꝰ
capax eſt: eiuſq̧ particeps eſſe pōt: qđ taʒ
magnū bonū niſi ꝑ hoc q̧ imago eiꝰ eſt in/
telligi nō pōt. Ecce ergo mēs meminit ſui:
intelligit ſe: diligit ſe: hoc ſi cernimꝰ: cerni/
mus trinitatē: nōdū quidē deū ſʒ iam ima/
ginem dei. Non forinſecus accepit memo
ria qđ teneret: nec foris inuenit qđ aſpice/
ret intellectꝰ: ſicut corpis oculus. Nec iſta
duo velut formā corpis: et eā que inde fa
cta eſt in acie cōtuentis volūtas foris iun/
xit. Nec imaginē rei que foris viſa eſt quo
dammō raptā ⁊ in memoriā recōditā: cogi
tatio cū ad eam cōuerteretur inuenit: ⁊ inde
formatus eſt recordātis obtutus: iungēte
vtrūq̧ tertia volūtate: ſicut in eis oſtēdeba
mus trinitatibꝰ fieri: que in rebꝰ corpalibꝰ
repperiebantur: vel ex corpibus ꝑ ſenſuʒ cor
poris introrſus quodāmō trahebantur. De
quibꝰ oibus in libro .xj. diſſeruimꝰ. Nec ſi
cut fiebat vel apparebat qñ de illa ſcientia
diſſerebamus: iaʒ in hoīs interioris opibꝰ
ꝯſtituta: que diſtinguēda fuit a ſapientia.
Uñ que ſciuntur velut aduēticia ſunt in ani
mo: ſiue cognitōe hiſtorica illata: vt ſūt fa
cta ⁊ dicta: que tpe peraguntur ⁊ tranſeunt:
vel in natura rer ſuis locis ⁊ regionibꝰ cō/
ſtituta ſūt: ſiue in ipo hoīe q̄ nō erāt oriuntur:
aut alijs docētibꝰ: aut cogitatiōibꝰ ꝓprijs:
ſicut fides: quā plurimū in libro .xiij. cōmē
dauimꝰ: ſicut virtutes quibꝰ ſi vere ſunt in
hac mortalitate ideo bene viuitur: vt beate in
illa q̄ diuinitus ꝓmittitur imortalitate viuatur.
Hec atq̧ hmōi habēt in tpe ordinē ſuum:
in quo nobis trinitas memorie viſionis et
amoris facilius apparebat. Nam quedam
eoruʒ ꝓueniūt cognitionē diſcentiū. Sunt
eñ cognoſcibilia: ⁊ anteq̄ cognoſcantur: ſui
q̧ cognitionē in diſcentibꝰ gignunt. Sunt
aūt vel in locis ſuis: vel que tpe pterierūt:
q̄uis que pterierūt non ipa ſint: ſed eoruʒ
quedā ſigna pteritor: quibꝰ viſis vel audi
tis cognoſcantur fuiſſe atq̧ trāſiſſe. Que ſi/
gna vel in locis ſita ſunt: ſicut monumēta
mortuorū: ⁊ quecūq̧ ſimilia: vel in litteris
fidedignis: ſicut eſt oīs grauis et appro/
bande auctoritatis hiſtoria: vel in animis
eor qui ea iam nouerūt: eis q̄ppe iam nota
⁊ alijs vtiq̧ ſunt noſcibilia quorū ſcientiā
ꝓuenerūt: ⁊ qui ea noſſe illis quibus nota
ſunt docentibꝰ poſſunt. Que omnia et qñ
diſcuntur quandā faciūt trinitatē ſpecie ſua
que noſcibilis fuit: etiā añq̄ noſceretur: eiuſq̧

adiuncta cognitiōe diſcentis que tunc eſſe
incipit qñ diſcitur: ac tertia voluntate que
vtrūq̧ ꝯiungit. Et cū cognita fuerint: alia
trinitas dum recoluntur fit iam interius in
ipo animo ex his imaginibus que cū diſce
rentur ſunt impreſſe in memoria ⁊ informati/
one cogitationis ad ea cōuerſo recordātis
aſpectu: ⁊ ex voluntate que tertia duo iſta
cōiungit. Ea vō q̄ oriuntur in animo vbi nō
fuerūt: ſicut fides: ⁊ cetera hmōi: ⁊ ſi aduē/
ticia videntur cum doctrina inferuntur: non tñ
foris poſita vel foris peracta ſunt ſicut illa
que creduntur: ſed intus omnino in ipſo ani/
mo eſſe ceperūt. Fides eñ nō eſt qđ credi/
tur ſed qua creditur: ⁊ illud creditur: illa cōſpi/
citur. Tamē q̄ʒ eſſe cepit in animo qui iam
erat animus anteq̄ iſta eſſe cepiſſet: aduē/
ticium quiddā videtur ⁊ in pteritis habebitur:
qñ ſuccedēte ſpecie iā eſſe deſtiterit: aliāq̧
nunc trinitatē facit ꝑ ſuaʒ preſentiā: retēta:
ꝯſpecta: dilecta: aliā tunc faciet ꝑ quoddā
ſui veſtigiū qđ in memoria pteriēs dereli/
querit: ſicut iam ſupradictū eſt.

¶ An virtutes quibus ad eternitatem tenditur deſinant cum ad eterna perduxerint. ¶ Ca. IX

Verū aūt tunc etiā virtutes quibꝰ
in hac mortalitate bene viuitur: q̄a ⁊
ipe incipiunt eſſe in animo: qui cū
ſine illis prius eſſet tñ animus erat: deſināt
eſſe cū ad eterna perduxerint: nōnulla que
ſtio eſt. Quibuſdā eñ viſum eſt deſituras:
⁊ de tribus quidem prudētia: fortitudine:
temperātia: cū hoc dicitur: non nihil dici vi/
detur. Juſticia vero imortalis eſt: ⁊ magis
tunc perficietur in nobis: q̄ eſſe ceſſabit. De
oibus tñ quattuor magnꝰ auctor eloquētie
tullius: in hortenſio dialogo diſputās. Si
nobis inquit cū ex hac vita migrauerimus
in beator inſulis imortale euum: vt fabule
ferunt: degere liceret: quid opus eſſet elo/
quētia: cū iudicia nulla fierēt: aut ipis etiā
virtutibꝰ: nec eñ fortitudinis egeremꝰ nllo
ꝓpoſito aut labore: aut periculo: nec iuſti/
cia: cū eēt nihil quod appeteretur alicui: nec
temperātia que regeret eas que nulle eēnt
libidines: nec prudētia quidē egeremꝰ nul
lo delecto ꝓpoſito bonor ⁊ maloruʒ. Una
igitur eſſemus beati cognitōe nature ⁊ ſcien/
tia: qua ſola etiā deorū eſt vita laudanda.
Ex quo intelligi pōt cetera neceſſitatis eſſe:
vnū hoc volūtatis. Ita ille tantus orator
cum philoſophiaʒ predicaret: recolens ea
que a philoſophis acceperat: ⁊ preclare ac

ſuauiter explicās in hac tantū vita quā vidēmus erūnis ⁊ erroribꝰ plenā: oēs quattuor neceſſarias dixit eſſe virtutes: nullam vero eaꝝ cū ex hac vita emigrauerimꝰ ſi liceat ibi viuere vbi viuit̄ beate. Sed bonos animos ſola beatos eſſe cognitōe ⁊ ſciētia: hoc eſt ꝯtēplatōe nature: qua nihil eſt melius ⁊ amabilius: ea eſt natura que creauit oēs ceteras inſtituitq̄ꝫ naturas. Cui regēti eſſe ſubdituꝫ ſi iuſticie eſt: immortalis eſt omnino iuſticia: nec in illa eſſe beatitudine deſinet: ſꝫ talis ⁊ tanta erit vt ꝑfectior ⁊ maior eſſe nō poſſit. Fortaſſis ⁊ alie tres virtutes: prudētia ſine vllo iā periculo erroris: fortitudo ſine moleſtia tolerādoꝝ malorū: temperātia ſine repugnatōe libidinū: erūt in illa felicitate: vt prudētie ſit nullū bonū deo p̄ponere vel equare fortitudinis: ei firmiſſime coherere: tēperantie nullo defectu noxio delectari. Nunc aūt qđ agit iuſticia in ſubueniēdo miſeris: qđ prudētia in precauēdis inſidijs: qđ fortitudo in ꝑferēdis moleſtijs: qđ temꝑātia in coercendis delectatiōibꝰ prauis: nō ibi erit: vbi nihil oīno mali erit: ac ꝑ hoc iſta virtutuꝫ oꝑa que huic mortali vite ſūt neceſſaria: ſicut fides ad quā referēda ſūt: in p̄teritis habebunt̄. Et aliam nunc faciūt trinitatē: cū ea p̄ſentia tenemꝰ: aſpicimꝰ: amamꝰ. aliā tūc factura ſunt: cū ea nō eſſe: ſꝫ fuiſſe per quedā eorum veſtigia que p̄tereūdo in memoria derelinquēt reperiemꝰ: qꝛ ⁊ tunc trinitas erit cū illud qualecunq̄ꝫ veſtigiuꝫ ⁊ memoriter retinebit̄: ⁊ agnoſcet̄ veracit̄: ⁊ hoc vtrūqꝫ tertia voluntate iungetur.

¶ De cognoſcibilibꝰ tꝑalibꝰ: quorū alia cognitionē nr̄am ꝑueniūt: alia nō p̄cedūt. ¶ Ca. x

IN omnium iſtarū quas cōmemorauimꝰ tꝑaliū rerū ſciētia: quedā cognoſcibilia ⁊ cognitionē interpoſitiōe tꝑis antecedūt: ſicut ſunt ea ſenſibilia: que iam erant in rebus anteq̄ꝫ cognoſcerent̄: vel ea omnia que ꝑ hiſtoriā cognoſcunt̄. Quedā vero ſimul eē incipiunt: velut ſi aliquid viſibile qđ oīno nō erat: ante noſtros oculos oriatur: cognitionē noſtrā vtiq̄ꝫ nō p̄cedit: aut ſi aliq̄d ſonet vbi adeſt auditor: ſimul profecto incipiūt eſſe ſimulq̄ꝫ deſinūt: ⁊ ſonus ⁊ eius auditus. Verūtñ ſiue tꝑe p̄cedentia: ſiue ſimul eē incipiētia cognoſcibilia cognitionē gignūt: nō cognitōe gignūtur. Cognitōe vero facta: cū ea que cognoſcimꝰ poſita in memoria recordatiōe reuiſuntur: quis nō videat priorē eſſe tꝑe in memoria retentionē q̄ꝫ in recordatione viſionem: ⁊ huiꝰ vtriuſq̄ꝫ tertia volūtate iunctionem? Porro aūt in mente nō ſic eſt. Neq̄ꝫ eñ aduenticia ſibi ip̄a eſt quaſi ad ſeip̄am que iam erat venerit aliūde: eadē ip̄a q̄ nō erat: aut nō aliūde eadē ip̄a q̄ nō erat: aut nō aliūde venerit: ſꝫ in ſeip̄a q̄ iam erat nata ſit ea ip̄a que non erat: ſicut in ip̄o hoīe que nō erāt oriūtur: aut alijs docētibꝰ: aut cogitatōibꝰ ꝓprijs: ſicut fides: ſicut virtutes: ſicut in mente q̄ iam erat oritur fides q̄ non erat. Aut poſt cognitionē ſui recordādo ſeip̄am velut in memoria ſua cōſtitutaꝫ videt: ſi q̄ nō ibi fuerit anteq̄ꝫ ſeip̄aꝫ cognoſceret: cū ꝓfecto ex quo eſſe cepit nūq̄ꝫ ſui meminiſſe: nūq̄ꝫ ſe intelligere: nūq̄ꝫ ſe amare deſtiterit: ſicut iam oſtēdimꝰ: ac ꝑ hoc qñ ad ſeip̄am cognitiōe cōuertit̄: fit trinitas. in qua iam ⁊ verbū poſſit intelligi. Formatur q̄ppe ex ip̄a cognitio voluntate vtrūq̄ꝫ iungente. Ibi ergo magis agnoſcenda eſt imago q̄ꝫ querimus.

¶ An ſemꝑ memoria p̄teritarū reꝝ ſit: an etiā p̄ſentiū. ¶ Ca. XI

SEd dicet aliq̄s. Nō eſt iſta memoria qua mēs ſui meminiſſe ꝑhibet̄: que ſibi ſꝑ eſt p̄ñs. Memoria eñ p̄teritoꝝ eſt non p̄ſentiū. Nam quidā cū de virtutibꝰ agerēt in quibꝰ eſt etiā tullius: in tria iſta prudētiā diuiſerūt: memoriā: intelligētiā: ꝓuidētiā. Memoriā ſcꝫ p̄terit̄: intelligētiā p̄ſentibꝰ: ꝓuidētiā rebus tribuētes futuris: quā nō habēt certā niſi preſcij futuroꝝ: que nō eſt munus hoīm niſi detur deſuꝑ: vt ꝓphet̄. Vñ ſcriptura: ſapiētie de hominibꝰ aiens: Cogitatōes inquit̄ mortaliū timide: ⁊ incerte ꝓuidētie nr̄e. Sap. 9 Memoria vero de p̄teritis: ⁊ intelligētia de p̄ſentibus certa eſt: ſꝫ p̄ſentibꝰ vtiq̄ꝫ corꝑalibꝰ rebus. Nam corꝑales corꝑaliū p̄ſentes ſunt aſpectibꝰ oculoꝝ. Sꝫ qui dic̄ memoriā nō eſſe p̄ſentiū: attēdat queādmodū dictū ſit in ip̄is ſecularibꝰ lr̄is: vbi maioris fuit cure verboꝝ integritas q̄ꝫ veritas reꝝ. Nec talia paſſus vlyxes: oblituſ ve ſui eſt ithacus: diſcrimine tāto. Virgilius eñ cū ſui nō oblitū diceret vlyxem: quid aliud intelligi voluit: niſi ꝙ meminerit ſui? Cū ergo ſibi p̄ñs eēt: nullo mō ſui meminiſſet niſi ad res preſentes memoria ꝑtineret. Quaprop̄ ſicut in rebus p̄teritis ea memoria dicit̄: qua fit vt valeāt recoli ⁊ recordari: ſic in re preſenti ꝙ ſibi eſt mēs: memoria ſine abſurditate

dicēda eſt q̄ ſibi p̄ſto eſt vt ſua cogitatione
poſſit intelligi ⁊ vtrūq; ſui amore diligi.

¶ Qua facultate mens rationalis obtineat vt in ea dei imago reſplē-deat. ¶ Ca. xii

HEc igitur trinitas mētis nō ꝓpterea
dei eſt imago: q2 ſui meminit mens
⁊ intelligit ac diligit ſe: ſed q2 pōt etiā me-
miniſſe ⁊ intelligere ⁊ amare a quo facta ē.
Qđ cū fac: ſapiēs ipa fit. Si aūt nō facit:
etiā cū ſui meminit: ſeſeq; intelligit ac dili-
git ſtulta ē. Meminerit itaq; dei ſui ad cuiꝰ
imaginē facta eſt: eūq; intelligat atq; dili-
gat. Qđ vt breuiꝰ dicā colat deū nō factū:
cuius ab eo capax eſt facta: ⁊ cuiꝰ ꝑticeps
eſſe poteſt. Propt̄ qđ ſcriptū eſt: Ecce dei
cultus eſt ſapientia: ⁊ nō ſua luce: ſed ſum-
me illius lucis ꝑticipatiōe ſapiēs erit: atq;
vbi eterna ibi beata regnabit. Sic. n. dicit̄
iſta hoīs ſapiētia: vt etiā dei ſit. Tūc eñ ve-
ra eſt: nam ſi humana eſt: vana eſt. Veruz
non ita dei qua ſapiens eſt deus. Neq; eñ
participatiōe ſui ſapiēs eſt: ſicut mens par-
ticipatiōe dei. Sz queādmodū dicit̄ iuſti-
cia dei: nō ſolū qua ipe iuſtus eſt: ſed quaz
dat homini cū iuſtificat impiū. Quā cōmē-
Roma. 10 dans aplus: ait de quibuſdā. Ignorantes
eñ dei iuſticiā: ⁊ ſuam iuſticiā volētes cō-
ſtituere: iuſticie dei nō ſunt ſubiecti. Sic. n.
dici pōt etiā de q̄buſdā: Ignorātes dei ſa-
pientiā: ⁊ ſuam volētes cōſtituere: ſapiētie
dei nō ſunt ſubiecti. Eſt igit̄ natura non fa-
cta: que fecit omnes ceteras magnas par-
uaſq; naturas eis quas fecit ſine dubitati-
one p̄ſtantior: ac ꝑ hoc hac etiā de q̄ loqui-
mur rōnali ⁊ intellectuali: que hoīs mens
eſt ad eius qui eā fecit imaginē facta. Illa
autē ceteris natura preſtātior deus eſt. Et
quidē nō longe poſitꝰ ab vnoquoq; nr̄m: ſi-
Act. 17 cut apl's dicit adiungēs: In illo. n. viuimꝰ
⁊ mouemur ⁊ ſumus. Qđ ſi ſc̄m corpus di-
ceret: etiā de iſto corporeo mūdo poſſet in-
telligi. Nam ⁊ in illo ſc̄m corpus viuimus:
mouemur ⁊ ſumꝰ. Unde ſc̄m mentē que fa-
cta eſt ad eius imaginē debet hoc accipi ex-
cellētiore quodā eodemq; nō viſibili: ſ3 in-
telligibili mō. Nam quid non eſt in ipo de
quo diuine ſcriptū eſt: Qm̄ ex ipo ⁊ ꝑ ipm
Roma. 11 ⁊ in ipo ſunt oīa? Proinde ſi in ipo ſunt
oīa: in quo tandē pn̄t viuē q̄ viuunt: ⁊ mo-
ueri q̄ mouent̄: niſi in quo ſunt? Nō tñ oēs
Ps. 72 cū illo ſūt eo mō quo ei dictū eſt: Ego ſem-
per tecū. Nec ipe cū oībus eo mō quo di-
cimꝰ: Dn̄s vobiſcū. Magna itaq; homis
miſeria eſt cū illo nō eſſe: ſine q̄ nō pōt eſſe.
In quo eñ ē ꝓculdubio ſine illo nō eſt. Et
tñ ſi eius nō meminit: eūq; nō itelligit: nec
diligit: cū illo nō eſt. Q2 aūt quiſq; penitꝰ
obliuiſcit̄: nec cōmoueri eiꝰ vtiq; pōt.

¶ De reminiſcētia in deū cuius ſp eſt capax mētis natura. ¶ Ca. xiii

DE viſibilibꝰ rebus ad hanc rem ſu-
mamus exemplū. Dicit tibi quiſ-
piam quē non recognoſcis: Noſti
me: ⁊ vt cōmoneat: dicit vbi: qñ: quō tibi
innotuerit: oībuſq; adhibitis ſignis quibꝰ
in memoriā reuoceris: ſi non recognoſcis:
ita iam oblitus es: vt oīnis illa noticia pe-
nitus deleta ſit animo: nihilq; aliud reſtat:
niſi vt credas ei qui tibi hoc dicit: ꝙ aliqñ
euz noueras: aut ne hoc quidē ſi fidedignꝰ
tibi eſſe qui loquit̄ nō videt̄. Si aūt remini-
ſceris: ꝑfecto redis in memoriā tuā: ⁊ in ea
inuenis qđ nō fuerat penitus obliuione de-
letū. Redeamꝰ ad illud ꝓpter qđ adhibui-
mus humane ꝯuerſatiōis exemplū. Inter
cetera pſalmus nonus: Cōuertant̄ inquit Ps. 9
pctōres in infernū: oēs gentes que obliui-
ſcunt̄ deū. Porro aūt viceſimꝰ ⁊ primꝰ: Cō- Ps. 21
memorabunt̄ inquit ⁊ conuertent̄ ad dn̄m
vniuerſi fines terre. Nō igit̄ ſic erāt oblite
iſte gentes deū: vt eius nec cōmemorate re-
cordarent̄. Obliuiſcēdo aūt deū tāq; obli-
uiſcendo vitā ſuā: ꝯuerſe fuerāt in mortē:
hoc eſt in infernū. Commemorate vero cō-
uertunt̄ ad dn̄m tāq; reminiſcētes remini-
ſcendo vitā cuius eas habebat obliuio: id
eſt cuiꝰ oblite fuerant. Item legit̄ in nona-
geſimotertio: Intelligite nūc qui inſipien- Ps. 93
tes eſtis in ꝑp'lo: et ſtulti aliqñ ſapite. Qui
plantauit aurē nō audiet: ⁊ cetera. Eis eñ
dictū eſt: qui deum non intelligēdo de illo
vana dixerunt.

¶ Q2 etiā praua mens nec memoria ſui careat nec cognitiōe nec amore. ¶ Ca. xiiii

DE dilectiōe aūt dei plura reperiunt̄-
tur i diuinis eloquijs teſtimonia.
Ibi eñ ⁊ illa duo ꝯſequenter intelligunt̄:
q2 nemo diligit cuius nō meminit: ⁊ qđ pe-
nitꝰ neſcit. Uñ illud ē notiſſimū ꝑcipuūq;
preceptū: Diliges dn̄m deū tuū. Sic itaq; Deut. 6
cōdita eſt mens humana: vt nunq; ſui nō
meminerit: nunq; ſe nō intelligat: nunq; ſe
nō diligat. Sed qm̄ qui odit aliquez nocē
illi ſtudet: non inmerito ⁊ mens hoīs qñ ſi-
bi nocet odiſſe ſe dicit̄. Neſciēs. n. ſibi vult
male: duz nō putat ſibi obeſſe qđ vult. Sz

tñ male ſibi vult: qñ id vult qꝺ obſit ſibi.
Ps.10 Unde illud ſcriptũ eſt: Qui diligit iniqui-
tatē: odit animā ſuã. Qui ergo ſe diligere
nouit: deũ diligit. Qui vero nõ diligit deũ:
etiã ſi ſe diligit: quod ei naturalit̃ inditum
eſt: tñ nõ incõueniēter odiſſe ſe dicit̃: cũ id
agit quod ſibi aduerſat̃: ⁊ ſeipm̃ tãꝗ̃ ſuus
inimicus inſequit̃: qui ꝑfecto eſt error hor-
rēdus: vt cũ ſibi homines prodeſſe velint:
multi non faciãt niſi quod eis pernicioſiſſi
mum eſt. Similē morbũ mutorũ animaliũ
cum poeta deſcriberet. Dij inquit meliora
pijs erroremꝗ̃ hoſtibꝰ illũ: Diſciſſos nudis
laniabãt dentibus artus. Cum morbus il
le corporis fuerit: cur dixit errorē: niſi qꝛ om-
ne animal cũ ſibi natura ꝯciliatũ ſit: vt ſe
cuſtodiat quantũ poteſt: talis ille erat mor
bus: vt ea quorũ ſalutē appetebant ſua mē
bra laniarent. Cum aũt deũ diligit mens:
⁊ ſicut dictũ eſt ꝯſequēter meminit: eumꝗ̃
intelligit: recte illi de proximo ſuo precipi-
tur: vt eũ ſicut ſe diligat. Iam eñ ſe nõ di-
ligit ꝑuerſe: ſꝫ recte cũ deũ diligit: cuiꝰ par-
ticipatiõe imago illa non ſolum eſt: verũ-
etiã ex vetuſtate renouat̃: ⁊ ex deformitate
reformat̃: ex infelicitate beatificat̃. Quis
ſe ita diligat: vt ſi alterutrũ ꝓponat̃: malit
omnia que infra ſe diligit ꝑdere: ꝗ̃ perire:
tñ ſuperiorē deſerendo ad quē ſolũ poſſit
cuſtodire fortitudinē ſuam: eoꝗ̃ frui lumi
Ps.58 ne ſuo: cui canitur in pſalmo: Fortitudinē
Ibidem.33 meam ad te cuſtodiã. Et in alio: Accedite
ad eũ: ⁊ illuminamini: ſic infirma ⁊ tenebro
ſa facta eſt: vt a ſe quoꝗ̃ ipa in ea q̃ nõ ſũt
qꝺ ipa: ⁊ quibꝰ ſuperior eſt ipſa: infelicius
laberet̃ ꝑ amores quos nõ valet vincere: ⁊
errores a quibꝰ nõ videt qua redire. Unde
iam deo miſerante penitus clamat in pſal-
Ibidem.37 mis: Deſeruit me fortitudo mea: et lumen
oculoꝝ meoꝝ nõ eſt mecũ. Nõ ſane in his
tãtis infirmitatis ⁊ erroris malis: amittere
potuit naturalē memoriã: intellectũ ⁊ amo
rē ſui: ꝓpter quod merito dici potuit: qꝺ ſu
Ibidē.38 pra cõmemoraui. Quꝗ̃ in imagine dei am
bulat homo: tñ vane cõturbatur. Theſau
rizat ⁊ neſcit cui cõgregabit ea. Cur enim
theſaurizat: niſi qꝛ fortitudo eius deſeruit
eũ: ꝑ quã deum habens rei nullius indige
ret. Et cur neſcit cui cõgregabit ea: niſi q̇a
lumē oculoꝝ eius nõ eſt cum eo: ⁊ ideo nõ
Luc.12 videt qꝺ veritas ait: Stulte hac nocte ani
mam tuã repetēt abs te: hec que prepara-
ſti cuius erũt. Uerũtamē quia etiã talis in
imagine ambulat homo: ⁊ habet memoriã
⁊ intellectũ: ⁊ amorē ſui. Hominis mēs: ſi
ei manifeſtaret̃ ꝙ vtrũꝗ̃ habere nõ poſſet
⁊ vnũ e duobus permitteret̃ eligere: alterũ
perditurus: aut theſauros quos cõgrega-
uit: aut mentē: quis vſꝗ̃ adeo nõ habet mē
tem: vt theſauros mallet habere ꝗ̃ mentē.
Theſauri eñ mentē poſſunt plerũꝗ̃ ſub-
uertere: ⁊ mens que nõ theſauris ſuberti
tur: ſine vllis theſauris facilius ⁊ expediti-
us poteſt viuere. Quis vero vllos theſau
ros: niſi ꝑ mentē poterit poſſidere. Si enĩ
puer infans ꝗ̃uis ditiſſimus natus: cũ ſit
dñs omniũ que iure ſunt eiꝰ: nihil poſſidet
mente ſopita: quo tandē mõ quiſꝗ̃ quicꝗ̃
mente poſſidebit amiſſa. Sed de theſauris
quid loquor: ꝙ eis quilibet hominũ ſi talis
optio ꝓponatur: mauult carere ꝗ̃ mente:
cum eos nemo preponat: nemo cõparet lu
minibꝰ corporis: quibꝰ non vt aurũ rarus
quiſꝗ̃ homo: ſꝫ omĩs homo poſſidet celũ:
per lumina enim corporis quiſꝗ̃ poſſidet
quicquid libēter videt. Quis ergo ſi tene-
re vtrunꝗ̃ non poſſit: ⁊ alterutrũ cogatur
amittere: nõ theſauros: ꝗ̃ oculos malit: et
tamē ſi ab eo ſimili conditiõe querat̃: vtrũ
oculos malit amittere: an mentē: quis mē-
te nõ videat eum oculos malle ꝗ̃ mentē.
Mens quippe ſine oculis carnis humana
eſt: Oculi autem carnis ſine mente belluini
ſunt. Quis porro non hominē ſe malit eſſe
etiã carne cecum: ꝗ̃ beluam videntē. Hec
dixi: vt etiã tardiores: ꝗ̃uis breuit̃ cõmo-
uerētur a me: in quoꝝ oculos vel aures he
littere peruenerint: quantũ mēs diligit ſe-
ipam etiã infirma ⁊ errans: male diligēdo
atꝗ̃ ſectando que ſunt infra ipam. Dilige-
re porro ſeipam nõ poſſet: ſi ſe omnino ne-
ſciret: id eſt ſi ſui nõ meminiſſet: nec ſe intel
ligeret: qꝛ in ſe imagine dei tam potēs eſt:
vt ei cuius imago eſt valeat inherere. Sic
eñ ordinata eſt naturarũ ordine: nõ loco-
rum: vt ſupra illam non ſit niſi ille. Deniꝗ̃
cum illi penitus adheſerit: vnus erit ſpiri-
tus. Cui rei atteſtatur apl̃s dicēs: Qui au j.Cor.6
tem adheret domino vnus ſpiritꝰ eſt. Ac-
cedēte quippe iſta ad participationē natu-
re veritatis ⁊ beatitudinis illius: nõ tamen
creſcente illo in natura: veritate ⁊ beatitu-
dine ſua. In illa itaꝗ̃ natura cui felicit̃ ad
heſerit: imutabiliter viuet ⁊ immutabile vi
debit omne qꝺ viderit. Tunc ſicut ei diui-
na ſcriptura promittit: ſatiabit̃ in bonis de
ſideriũ eius: bonis imutabilibꝰ: ipa trinita
te deo ſuo cuiꝰ imago eſt: ⁊ ne vſpiã viole-

tur erit in abſcōdito vultus eius: tāta vber
tate eius impleta: vt eam nunq̄ peccare de
lectet. Seipſam vero nūc qñ videt: nō ali-
quid immutabile videt.

De mutabilitate mentis humane qua fit: vt ſicut miſera facta eſt ex beata: ita beata poſſit eſſe ex miſera. Ca. XV

QUod ideo certe nō dubitat qm̄ mi
ſera eſt: ⁊ beata eſſe deſiderat. Nec
ob aliud fieri ſperat hoc poſſe: niſi quia eſt
mutabilis. Nam ſi mutabilis non eſſet: ſi-
cut ex beata vita miſera: ſic ex miſera bea-
ta eſſe nō poſſet. Et q̄d eam feciſſet miſerā:
ſub omnipotēte ⁊ bono dño: niſi peccatū
ſuū: ⁊ iuſticia dñi ſui? Et quid eā faciet be-
atam: niſi meritū ſuū ⁊ premiū dñi ſui? Sed
⁊ meritū eius gratia eſt illius: cuius premiū
erit beatitudo eius. Juſticiā quippe dare ſi-
bi nō poteſt: quā perditā nō habet. Hanc
enī cum homo crearetur accepit: ⁊ pecca-
do vtiq̄ ꝑdidit. Accepit ergo iuſticiā: pro
pter quā beatitudinem accipere mereretur.
Unde veraciter ei dicitur ab ap̄lo: quaſi de
j. Cor. 4 ſuo bono ſuperbire incipiēti: Quid enī ha
bes quod non accepiſti? Si aūt accepiſti:
quid gloriaris quaſi nō acceperis? Quan
do autē bene recordatur dñi ſui: ſpiritu eius
accepto ſentit omnino: q̄r hoc diſcit: intimo
magiſterio: nō niſi eius gratuito affectu poſ-
ſe ſe ſurgere: non niſi ſuo volūtario defectu
cadere potuiſſe. Non ſane reminiſcitur bea-
titudinis ſue: fuit q̄ppe illa ⁊ non eſt: eiuſq̄
iſta penitus oblita eſt: ideoq̄ nec cōmemo
rari pōt. Credit autē de illa fidedignis litte
ris dei ſui per eius ꝓphetā ꝯſcriptis narrā
tibus de felicitate paradiſi: atq̄ illud p̄mū
⁊ bonū hominis ⁊ malū hiſtorica traditio-
ne indicātibus: dñi autē dei ſui reminiſcitur.
Jlle quippe ſemꝑ eſt: nec fuit ⁊ non eſt: nec
eſt ⁊ nō fuit: ſed ſicut nūq̄ nō erit: ita nūq̄
Act. j7 nō erat: ⁊ vbiq̄ totus eſt. Propter qđ iſta
in illo ⁊ viuit ⁊ mouetur: ⁊ eſt: ⁊ ideo remini-
ſci eius pōt. Non q̄r hoc recordatur qđ eum
nouerat in adam: aut alibi alicubi ante hu
ius corꝑis vitam. Aut cū primū facta eſt
vt insereretur huic corꝑi. Nihil enī hoꝝ om-
nino reminiſcitur. Quicquid hoꝝ eſt: obli
uione deletū eſt. Sed cum memoratur vt cō
uertatur ad dñm tanq̄ ad eam lucē qua iam
cum ab illo auerteretur: quodā mō tangeba
tur. Nam hinc eſt ꝙ etiā impij cogitāt eter
nitatem: ⁊ multa recte reprehēdūt: recteq̄
laudāt in hominū moribus. Quibus ea tan
dem regulis indicāt: niſi in quibus vident:
quēadmodū quiſq̄ viuere debeat: etiā ſi
nec ipſi eodē modo viuāt: vbi eas vident?
Neq̄ enī in ſua natura: cū ꝓculdubio mē
te iſta videantur: eorumq̄ mētes conſtet eſſe
mutabiles: has vero regulas imutabiles vi-
deat quiſquis in eis ⁊ hoc videre potuerit.
Nec in habitu ſue mētis cū ille regule ſint
iuſticie: mentes vero eoꝝ conſtet eſſe iniu-
ſtas. Ubi nam ſunt iſte regule ſcripte: vbi
quid ſit iuſtum: ⁊ iniuſtus agnoſcit vbi cer
nit habendū eſſe quod ipſe nō habet? Ubi
ergo ſcripte ſunt: niſi in libro lucis illius que
veritas dicitur: vnde oīs lex iuſta deſcribitur:
⁊ in cor hominis qui operatur iuſticiā: nō mi
grando ſed tanq̄ imprimēdo transfertur: ſi-
cut imago ex anulo ⁊ in cerā tranſit: ⁊ anu-
lum nō relinquit. Qui vero non operatur: ⁊
tamē videt quod operandū ſit: ipſe eſt qui
ab illa luce auertitur: a qua tamē tāgitur. Qui
aūt nec videt quēadmodū ſit viuendū: ex
cuſabilius quidē peccat: q̄r nō eſt trāſgreſ-
ſor cognite legis. Sed etiā ipſe ſplendore
aliquotiēs vbiq̄ preſentis veritatis attin-
gitur: qñ admonitus ꝯfitetur.

De reformatiōe mentis ad imaginem dei: ⁊ quot modis ſpiritus appellatio diuerſis aſſignetur naturis. Ca. XVI

QUia vero cōmemorati cōuertuntur
ad dominū: ab ea deformitate qua
per cupiditates ſeculares cōformabantur
huic ſeculo reformātur ex illo: audiētes apo-
ſtolū dicentē: Nolite cōformari huic ſecu- Roma. j2
lo: ſed reformamini in nouitate mentis ve
ſtre: vt incipiat illa imago ab illo reforma-
ri a quo formata eſt. Non enī reformare ſe
ipſam poteſt: ſicut potuit deformari. Dicit
etiā alibi: Renouamini ſpiritu mentis ve- Ephe. 4
ſtre: ⁊ induite nouū hoīem: eū qui ſm deū
creatus eſt: in iuſticia ⁊ ſanctitate veritatis.
Q̄r ait: ſm deū creatū: hoc alio loco dicitur
ad imaginē dei. Sed peccādo iuſticiā ⁊ ſcti Gen. j
tatē veritatis amiſit: ꝓpter qđ hec imago
deformis ⁊ decolor facta eſt: hanc recipit
cū reformatur ⁊ renouatur. Q̄r aūt ait: ſpiritu Ephe. 4
mentis veſtre: nō ibi duas res intelligi vo-
luit: quaſi aliud ſit mēs: aliud ſpūs mētis.
Sed q̄r oīs mens ſpūs eſt: nō autē omnis
ſpūs mens eſt. Eſt enī ſpūs ⁊ deus: qui re-
nouari non poteſt: q̄r nec veteraſcere pōt.
Dicitur etiā ſpiritus in hoīe qui mens nō
ſit: ad quē pertinent imaginatiōes ſimiles
corpoꝝ. De quo dicit ad corinthios: vbi

j.Cor.14 dicit: Si aũt orauero lingua: ſpiritꝰ meus
orat: mẽs aũt mea infructuoſa eſt. Hoc. n.
ait: qñ id qđ dicit̄ nõ intelligit̄: q2 nec dici
põt: niſi corporaliũ vocũ imagines ſonuꝫ
oris in ſpiritus cogitatione ꝑueniant. Di-
Joh.19 citur ⁊ hoĩs anima ſpũs. Uñ eſt in euã-
gelio: Et inclinato capite tradidit ſpiritũ.
quo ſignificata eſt mors corpis: aĩa exeũ-
te. Dicitur ſpiritꝰ etiã pecoris: qđ in eccle-
ſiaſte libro ſalomonis apertiſſime ſcriptuꝫ
Eccs.3 eſt: vbi ait: Quis ſcit ſpiritus filiorꝫ hoĩs
ſi aſcendet ipe ſurſum: ⁊ ſpiritus pecoris ſi
Gen.7 deſcẽdet ipe deorſum in terrã: Scriptũ eſt
etiã in geneſi: vbi dicit diluuio mortuã vni
uerſam carnẽ que habebat in ſe ſpiritũ vi-
te. Dicit̄ ſpiritꝰ etiã ventus: res apertiſſime
Ps.148 corporalis. Unde illud in pſalmis: Ignis
grando: nix: glacies: ſpiritus tempeſtatis.
Quia ḡ tot modis dicit̄ ſpiritus: ſpiritum
mentis dicere voluit eũ ſpiritũ q̄ mens vo-
Col.2 catur: ſicut ⁊ ait etiã idẽ apoſtolus: In expo
liatione corporis carnis. Non duas vtiq;
res intelligi voluit: q̄ſi aliud ſit caro: aliud
corpꝰ carnis. Sꝫ q2 corpus multarꝫ reꝝ no
mẽ eſt quarũ nulla eſt caro. Nã multa ſunt
excepta carne corpa celeſtia ⁊ corpora ter-
reſtria. Corpus carnis dixit: corpus quod
caro eſt. Sic itaq; ſpiritũ mentis eũ ſpiritũ
que mens eſt: alibi quoq; apertꝰ etiã ima-
ginem nominauit: ſcꝫ alijs verbis idipſum
Col.5 precipiens: Expoliantes vos inquit vete-
rem hominẽ cum actibus eius: induite no
uum qui renouatur in agnitionẽ dei: ſcđm
Eph.4 imaginẽ eius qui creauit eũ. Qđ ḡ ibi legi-
tur: Induite nouũ hominẽ qui ſecundum
Colo.3 deũ creatus eſt: hoc iſto loco: Induite no-
uum hominẽ qui renouatur ſcđm imaginẽ
eius qui creauit eum. Ibi autẽ ait: ſcđm de
um: hic vero: ſcđm imaginẽ eius qui crea-
Ephe.4 uit eum. Pro eo vero quod ibi poſuit: In
iuſticia ⁊ ſanctitate veritatis: hoc poſuit hic:
Col.3 In agnitionẽ dei. Fit ergo iſta renouatio
reformatioq; mentis ſcđm deum: vel ſcđm
imaginem dei. Si ideo dicitur ſcđm deuꝫ:
ne ſcđm aliã creaturaꝫ fieri putetur. Ideo
autẽ ſcđm imaginẽ dei: vt in ea re intelliga
tur fieri hec renouatio: vbi eſt imago dei:
id eſt in mente. Queadmodũ dicimus ſm
corpus mortuum: non ſcđm ſpiritum eum
q̄ de corpore fidelis ⁊ iuſtꝰ abſcedit. Quid
eñ dicimus ſcđm corpus mortuũ: niſi cor
pore vł in corpore: nõ anima vel in anima
mortuũ: Aut ſi dicamꝰ: ſcđm corpus ẽ pul
cher: aut ſcđm corpus fortis: nõ ſcđm ani-
mum: quid eſt aliud q̄ corpore nõ animo
pulcher aut fortis eſt: Et innumerabilit̄ ita
loquimur. Non itaq; ſic intelligamus: ſe- Col.3
cundũ imaginem eius qui creauit eũ: qua-
ſi alia ſit imago ſm quã renouatur: nõ ipa
que renouatur.

Quid ſit inter regenerationem baptiſmi et renouationem qua ꝑficitur de die in diem in agnitione dei. Ca.xvii.

Sane iſta renouatio nõ momento
vno fit ipſius ꝯuerſionis: ſic vt mo
mento vno fit illa in baptiſmo re-
nouatio remiſſiõe omniũ peccatoꝝ. Neq;
eñ vel vnũ quantulũcũq; remanet: qđ nõ
remittatur: ſed queadmodũ aliud eſt care
re febribus: aliud ab infirmitate que febri-
bus facta eſt reualeſcẽ. Itemq; aliud ẽ in-
fixũ telum de corpore demere: aliud vulnꝰ
qđ eo factũ ẽ ſcđa curatiõe ſanarẽ: ita ꝑma
curatio eſt cãm remouere languoris: qđ ꝑ
oĩm fit idulgentiã pctoꝝ: ſecũda ipſi̾ ſana
re lãguorẽ: qđ fit paulatim ꝓficiẽdo i reno
uatione huiꝰ imaginis: Que demõſtrat̄
in pſalmo: vbi legit̄: Qui ꝓpiciꝰ fit oĩbus Ps.102
iniq̄tatibꝰ tuis: qđ fit in baptiſmo. Deinde
ſeq̄t̄. Qui ſanat oẽs lãguores tuos: qđ fit Ibidem.
quotidianis acceſſibꝰ: cũ hec imago reno-
uat̄. De qua re apłs apertiſſime locutꝰ eſt di-
cẽs: Et ſi exterior hõ noſter corrũpit̄: ſꝫ in- 2.Cor.4
terior renouat̄ de die in diẽ. Renouat̄ aũt Colo.3
in agnitione dei: hoc ẽ in iuſticia ⁊ ſanctita Ephe.4
te veritatis: ſicut ſe ſe habẽt apoſtolica teſti-
monia: q̄ pauloante cõmemoraui. In ag-
nitõe igit̄ dei: iuſticiaq; ⁊ ſanctitate verita-
tis: q̄ de die in diẽ ꝓficiẽdo renouat̄: tranſ-
fert amorẽ a tpalibus ad eterna: a viſibili-
bus ad intelligibilia: a carnalibꝰ ad ſpiritu
alia: atq; ab iſtis cupiditatem frenare atq;
minuere: illiſq; ſe caritate alligare diligen-
ter inſiſtit. Tantũ autẽ facit: quantũ diui-
nitus adiuuat̄. Dei quippe ſentẽtia eſt: Si- Joh.15
ne me nihil poteſtis facere. In q̄ ꝓfectu et
acceſſu tenentẽ mediatoris fidẽ cũ dies vi-
te huiꝰ vltimus quẽq; cõpererit: perducen
dus ad deum quẽ coluit: ⁊ ab eo perficien
dus excipietur ab angelis ſanctis incorru
ptibile corpus in fine ſeculi: non ad penã ſꝫ
ad gloriã recepturus. In hac quippe ima-
gine tunc perfecta erit dei ſimilitudo: quã-
do dei perfecta erit viſio. De q̄ dicit apłs
paulus: Uidemꝰ nũc ꝑ ſpeculũ in enigma j.Cor.13
te: tunc autẽ facie ad faciẽ. Itẽ dicit: Nos 2.Cor.3
autẽ reuelata facie gloriã domini contem-

70

plantes in eandē imaginē transformamur
de gloria in gloriā: tanq̄ a dn̄i ſpū: hoc eſt
qḋ fit de die in diē bene ꝓficiētib⁹. Apl̄us
j. Joh. 3 aūt ioannes: Dilectiſſimi inquit nunc filij
dei ſum⁹: ⁊ nondū apparuit qḋ erim⁹. Sci-
mus qꝛ cū apparuerit ſimiles ei erim⁹: qm̄
videbim⁹ eū ſicuti eſt. Hinc apparet tūc in
iſta imagine dei fieri eius plenā ſimilitudi-
nē: qn̄ eius plenā pceperit viſionē.

¶ Poſſe etiam hominem corpore imaginē dei accipi: ſcḋm quod verbum caro factum eſt: cuius imortalitati omnes ſancti conformabūtur. ¶ Ca. XVIII

Quamq̄ poſſit hoc a ioanne apl̄o
etiā de imortalitate corporis dictū
videri. Et in hac quippe ſimiles erim⁹ deo:
ſed tantūmō filio qꝛ ſolus in trinitate cor-
pus accepit: in quo mortu⁹ reſurrexit: atq̄
id ad ſuperna peruexit. Naȝ dicit̃ etiā iſta
imago filij dei: in qua ſicut ille imortale cor
pus habebimus: ꝯformes facti in hac par
te: non patris imaginis: aut ſpūſſancti: ſed
tantūmō filij: qꝛ de hoc ſolo legit̃: ⁊ fide ſa-
Joh. j niſſima accipit̃: Verbum caro factum eſt.
Roma. 8 Propter quod apl̄us: Quos autē inquit
preſciuit ⁊ pdeſtinauit cōformes fieri ima-
ginis filij ſui: vt ſit ipſe primogenit⁹ in mul-
j. Cor. 15 tis fratrib⁹. Primogenit⁹ vtiq̄ a mortuis:
ſm eūdē apl̄m: qua morte ſeminata eſt ca-
ro eius in contumelia: reſurrexit in gloria.
Scḋm hanc imaginē filij cui per imortali-
tatē cōformamur in corpore: etiā illud agi
Ibidem mus quod dicit idem apl̄us: Sicut porta-
uimus imaginē terreni: portem⁹ ⁊ imaginē
eius qui de celo eſt: vt ſcȝ qui ſcḋm adam
mortales fuim⁹: ſm chriſtū imortales nos
futuros fide vera ⁊ ſpe certa: firmaq̄ tenea
mus. Sic eīn nunc eandē imaginē portare
poſſumus: nondū in viſione: ſȝ in fide: nō-
dum in re: ſed in ſpe. De corporis quippe
reſurrectione tunc loquebatur apoſtolus:
cū hec diceret.

¶ Qua ſui parte hō ad imaginē et ſimilitudinē dei factus ſit: ad quaȝ ꝓficiēdo renouat̃. ¶ Ca. XIX

Gen̄. j At vero illa imago de qua dictum
eſt: Faciam⁹ hominē ad imagineȝ
⁊ ſimilitudinē noſtrā: qꝛ non dictū
eſt ad meā: vel ad tuā: ad imaginē trinita-
tis factum hominē credim⁹: ⁊ quanta po-
tuim⁹ inueſtigatiōe cōprehēdim⁹. Et ideo
ſm hanc potius ⁊ illud intelligēdū eſt: qḋ
j. Joh. 3 ait apl̄us ioannes: Similes ei erimus: qm̄
videbimus eum ſicuti eſt: qꝛ de illo dixit de
quo dixerat: filij dei ſumus. Et imortalitas Ibidem
carnis illo perficiet̃ momēto reſurrectiōis:
de quo ait apl̄us paulus: In ictu oculi: in j. Cor. 15
nouiſſima tuba: ⁊ mortui reſurgēt incorru-
pti: ⁊ nos imutabimur. In ipo nanq̄ ictu
oculi ante iudiciū reſurget in virtute: in in-
corruptiōe: in gloria corp⁹ ſpiritale: quod
nunc ſeminat̃ in infirmitate: corruptiōe: cō
tumelia corpus animale. Imago vero que
renouat̃ in ſpiritu mētis in agnitiōe dei: nō
exterius ſȝ interius de die in diem ipa per-
ficiet̃ viſione: que tunc erit poſt iudiciū: fa j. Cor. 13
cie ad faciē: nunc autē proficit per ſpeculū
in enigmate. Propter cuius pfectionē di-
ctū intelligēdū eſt: ſimiles ei erimus: quo- j. Joh. 3
niā videbim⁹ eū ſicuti eſt. Hoc eīn donuȝ
tūc nobis dabit̃: cū dictū fuerit: Venite be Math. 25
nedicti patris mei: poſſidete paratū vobis
regnū. Tunc quippe tollet̃ impius vt nō vi
deat claritatē dn̄i: quando ibunt ſiniſtri in
ſupplicū eternum: euntibus dextris in vi-
tam eternā. Hec eſt aūt (ſicut ait veritas) Joh. 17
vita eterna: vt cognoſcāt te inquit vnū ve
rum deū: ⁊ quē miſiſti ieſum chriſtū. Hanc
cōtemplatiuā ſapientiā quā ꝓprie puto in
litteris ſanctis a ſcientia diſtinctā: ſapien-
tiam nūcupari: dūtaxat hominis: que qui-
dem illi nō eſt: niſi ab illo cui⁹ participatiōe
vere ſapiēs fieri mēs rōnalis ⁊ intellectua-
lis poteſt: Cicero cōmēdās in fine dialogi
horteſij: Que nobis inqt dies noteſq̄ cō-
ſiderantib⁹ acuentibuſq̄ intelligentiā que
eſt mentis acies: cauētibuſq̄ nequādo illa
hebeſcat: id eſt in philoſophia viuētib⁹ ma
gna ſpes eſt. Aut ſi hoc quod ſentim⁹ ⁊ ſa-
pim⁹ mortale ⁊ caducū eſt: iocundū nobis
perfunctis muneribus humanis occaſuȝ:
neq̄ moleſtam extinctionem: ⁊ quaſi quie-
tē vite fore. Aut ſi vt antiquis philoſophis
hiſq̄ maximis longeq̄ clariſſimis placuit:
eternos animos ac diuinos habem⁹: ſic ex
iſtimandū eſt quo magis hi fuerint ſemper
in ſuo occurſu: id eſt in ratione ⁊ inueſtigā-
di cupiditate: ⁊ quo min⁹ ſe admiſcuerint
atq̄ implicuerint hominū vitijs ⁊ errorib⁹
hoc vel his faciliorē aſcenſum ⁊ reditu ȝ in
celū fore. Deinde addēs hanc ipam clau-
ſulam repetēdoq̄ ſermonē finiens: Qua-
propter inquit vt aliqn̄ terminet̃ oratio: ſi
aut extingui tranqlle volum⁹ cū his artib⁹
vixerim⁹: aut ſi ex hac in aliaȝ haud paulo
meliorē domū ſine mora demigrare: in his
ſtudijs nobis oīs opa ⁊ cura ponenda eſt.

Hic miroꝛ hominē tāti ingenij: perfunctis muneribus humanis: hominibꝰ in philoſophia viuentibꝰ: que ꝯtemplatiōe veritatis beatos facit: iocundū ꝓmittere occaſuꝫ: ſi hoc quod ſentimus ⁊ ſapimꝰ mortale ⁊ caducū eſt: quaſi hoc moriat ⁊ intercidat qđ nō diligebamꝰ: vel potius quod atrociter oderamꝰ: vt iocundus nobis ſit eius occaſus. Verū hoc nō didicerat a philoſophis quos magnis laudibꝰ predicat: ſ; ex illa noua academia vbi ei dubitare etiā de rebus manifeſtiſſimis placuit: iſta ſentētia redolebat. A philoſophis aūt ſicut ipſe cōfitetur maximis longeq; clariſſimis: eternos animos eſſe acceperat. Eterni quippe nō incōuenienter hac exhortatōe excitant: vt in ſuo curſu reperiant cū venerit vite huiꝰ extremū: id eſt in rōne ⁊ inueſtigādi cupiditate: minuſq; ſe admiſceāt atq; īplicēt hoīm vitijs ⁊ erroꝛibus: vt eis facilioꝛ ſit regreſſus ad deū. Sz iſte curſus q̄ cōſtituit in amore atq; inueſtigatōe veritatis: nō ſuffecit miſeris: id eſt hominibꝰ: cū iſta ſola ratōe moꝛtalibꝰ ſine fide mediatoꝛis. Qđ in libris ſuperioꝛibus huiꝰ operis: maxime in quarto ⁊ .xiij. quantū potui demōſtrare curaui.

¶ Explicit liber quartuſdecimus.

¶ Incipiūt capl'a libri q̄ntidecimi.

i ¶ De excellentia animi ad imaginem creatoꝛis ſui conditi.
ij ¶ De ſummo bono qđ ſemꝑ inueniendū querit ⁊ querendū inuenit.
iij ¶ Quid diſputatum: quidue ſit compꝛehenſum ꝓcedentiū ratiocinatione libꝛoꝛum.
iiij ¶ In quarū rerum cōtemplatiōe ſumma trinitas inquirenda ſit.
v ¶ Omnia que de deo digne dici videtur poſſe in paucioꝛa conferri vt nihil minus dictum intelligat.
vi ¶ Quomodo etiam ſi vnū aliquid eligatur ex multis: quod digne appelletur deus in vna ipa appellatione trinitas deitatis poſſit intelligi.
vij ¶ Quo differat trinitas q̄ inuenitur in imagine dei a trinitate que deꝰ eſt.
viij ¶ De ſpeculo in quo per imagineꝫ dei trinitas eius vtcūq; intellecta conſpicitur.
ix ¶ De enigmate ⁊ tropicis locutionibus.
x ¶ Quomodo per inſpectionē verbi qđ eſt in cogitatione mentis humane ad agnitioneꝫ verbi quod deus eſt aliquatenus poſſit accedi.
xi ¶ Sicut verbum hominis ſignificatur per vocem vel quodlibet indicium coꝛpoꝛale: ita verbū dei manifeſtatum eſſe per carnē.
xij ¶ Quantū diſtent a vera ⁊ perfecta ſimilitudine dei que in natura mentis vtcūq; deo ſimilia reperiunt.
xiij ¶ De ſcientia dei patris cui nihil cuiuſq; creature indicijs cōferat.
xiiij ¶ De ſimilitudine ⁊ equalitate patris dei ⁊ vnigeniti eius conſubſtantialis ⁊ coeterni.
xv ¶ Q̄ diſſimile ſit verbū noſtrum mutabile: a verbo dei incommutabili et eterno.
xvi ¶ An volubilitas cogitationis deo ineſſe credenda ſit.
xvij ¶ De ſpū ſancto qui patri ⁊ filio equalis accipitur ⁊ vtriuſq; ſpiritꝰ dicit ⁊ caritatis noīe intelligit: cuꝫ quelibet in trinitate pſona ſit caritas.
xviij ¶ De excellentia caritatis q̄ ita ex deo eſt vt ipſe ſit deus.
xix ¶ Qua ratione donum dei dicatur ſpirituſſanctus.
xx ¶ Contra eos qui vnigenitum dei non paterne nature ſed voluntatis filiū eſſe dixerunt.
xxi ¶ De ſimilitudinibus trinitatis diuine que in natura mentis ad imaginem dei facte reperiri vtcūq; potuerūt.
xxij ¶ Tria que ſunt in imagine dei: id eſt memoꝛia: intellectus ⁊ amoꝛ vnius eſſe perſone: quia non hoc eſt ei eſſe quod hec habere.
xxiij ¶ Q̄ vera in dei trinitate vnitas: et q̄ vera in eiuſdē vnitate ſit trinitas.
xxiiij ¶ De his qui naturam mentis ſubtiliter intuentur: ⁊ eam imaginem dei eſſe non ſentiunt.
xxv ¶ Q̄ beatos faciat fides recta: etiam eos qui de naturis incoꝛpoꝛeis nequeunt diſputare.
xxvi ¶ Interualla tempoꝛū diuine trinitatis nulla ſunt.
xxvij ¶ Quid quodā ſermone ad populum diſputatū ſit de differentia generatiōis filij ⁊ ꝓceſſionis ſpūſſancti.

¶ Incipit liber quintuſdecimus.

¶ De excellētia animi ad imaginē creatoris ſui conditi. ¶ Ca. I

VOlentes in rebus que fa-
cte ſunt ad cognoſcenduʒ
eū a quo facte ſūt: exerce-
re lectorē: iam ꝑuenimus
ad eius imaginē quod eſt
hō: in eo quo ceteris ani-
malibus antecellit: id eſt ratione vel intelli
gentia: ⁊ quicquid aliud de anima rationa
li vel intellectuali dici pōt: quod pertineat
ad eam rem que mens vocaṫ vel animus.
Quo nomine nōnulli auctores lingue la-
tine: id quod excellit in hoīe ⁊ non eſt in pe
core ab anima que ineſt ⁊ pecori: ſuo quo-
dā loquēdi more diſtinguūt. Supra hanc
ergo naturā ſi querimꝰ aliquid ⁊ verꝫ que-
rimus: deus eſt: natura ſcʒ non creata: ſed
creatrix: que vtrū ſit trinitas: non ſolū cre-
dentibꝰ diuine ſcripture auctoritati: verū-
etiā intelligentibꝰ: aliqua ſi poſſumꝰ ratio-
ne iam demōſtrare debemꝰ. Cur aūt ſi poſ-
ſumꝰ dixerim: res ipa cuʒ queri diſputādo
ceperit: melius iudicabit.

¶ De ſummo bono quod ſemꝑ in
ueniendū queritur ⁊ querendū in-
uenitur. ¶ Ca. II

DEus quippe ipe quem querimꝰ ad
iuuabit: vt ſpero: ne ſit infructuo-
ſus labor noſter: ⁊ itelligamꝰ quēadmodū
Pſ. 104 dictū ſit in pſalmo ſctō: Letetur cor querē-
tium dominū: querite dn̄m ⁊ confirmami-
ni: querite faciē eius ſemper. Videtur eīn
quod ſemꝑ queriṫ: nunꝙ inueniri: ⁊ quo-
modo iam letabiṫ: ⁊ non potius iam cōtri-
ſtabiṫ cor querentiū: ſi nō potuerint inueni
Ubi ſ. re qꝺ queriṫ? Non eīn ait: Leteṫ cor iueniē
tium: ſed querentiū dn̄m: ⁊ tamē dn̄m deū
inuenire poſſe dum queriṫ: teſtatur eſaias
Eſa. 55 ꝓpheta dum dicit: Querite dn̄m ⁊ mox vt
inueneritis inuocate eū: ⁊ cū appropinqua
uerit vobis: derelinquat ipius vias ſuas:
⁊ vir iniquus cogitationes ſuas. Si ergo
Pſ. 104 queſitꝰ inueniri pōt: cur dictū eſt: Querite
faciē eius ſemꝑ: an ⁊ inuētus forte q̄rēdus
eſt? Sic eīn ſunt incōprehenſibilia requirē
da: ne ſe exiſtimet nihil inueniſſe: q̄ ꝙ ſit in-
cōprehenſibile qꝺ querebat potuerit inue-
nire. Cur ergo ſic querit: ſi incōprehenſibi-
le cōprehendit eſſe qꝺ querit: niſi qꝛ ceſſan
dum non eſt ꝙdiu in ipa cōprehenſibiliuʒ
rerū inquiſitiōe proficiṫ: ⁊ melior melioꝛꝙ
fit querēs: tam magnū bonū qꝺ ⁊ inueniē-
dū queriṫ: ⁊ querēdū inueniṫ? Nam ⁊ que-
ritur vt inueniaṫ dulcius: ⁊ inueniṫ vt que-
ratur auidius. Scd̄m hoc accipi poteſt: qꝺ
dictū eſt in libro eccleſiaſtico dicere ſapiē-
Eccl. 24 tiam: Qui me manducāt adhuc eſurient:
⁊ qui bibūt me adhuc ſitient. Manducāt
enim ⁊ bibunt qꝛ inueniūt: ⁊ quia eſuriunt
ac ſitiunt adhuc querūt. Fides querit: itel-
lectꝰ inuenit. Propter qꝺ ait ꝓpheta: Niſi
credideritꝭ: nō intelligetis. Et rurſus: In-
tellectus eum queʒ inuenit: adhuc querit.
Pſ. 13 Deus eīn reſpexit ſuꝑ filios hominū: ſicut
in pſalmo ſacro caniṫ: vt videret ſi eſt intel
ligens aut requirēs deū. Ad hoc debet ho
mo eſſe intelligēs vt requirat deum. Satis
itaꝙ rememorati fuimꝰ in his que deus fe
Roma. 1 cit: vt per ea cognoſcereṫ ipe qui fecit. In-
uiſibilia eīn eius per ea que facta ſunt intel
Sap. 13 lecta cōſpiciūtur. Unde arguūtur in libro
ſapiētie qui de his que videnṫ bona nō po
tuerunt ſcire eū qui eſt: neꝙ operibꝰ atten-
dentes agnouerūt artificem: ſ; aut ignem:
aut ſpiritū: aut citatū aerem: aut gyruʒ ſtel
larum: aut violentiā aquarū: aut lumina-
ria celi: rectores orbis terrarꝫ deos putaue
runt: quorū quidem ſi ſpecie delectati hec
deos putauerūt: ſciant quanto dominator
Ibidem eorꝫ melior eſt. Speciei enim generator ea
creauit. Aut ſi virtutē ⁊ operationē eorum
mirati ſunt: intelligāt ab his quāto qui hec
cōſtituit fortior eſt. A magnitudine eīn ſpe-
ciei ⁊ creature: cognoſcibiliter poterit crea
tor videri. Hec de libro ſapientie ꝓpterea
poſui: ne me fideliū quiſpiā fruſtra ⁊ inani
ter exiſtimet in creatura prius per quaſdaʒ
ſui generis trinitates quodā mō gradatim
donec ad mentē hominis peruenirē: que-
ſiſſe indicia ſumme illius trinitatꝭ: quā que
rimus: cū deum querimus.

¶ Quid diſputatū quid ve ſit com
ꝓhenſum ꝓcedentiū ratiocinatiōe
librorum. ¶ Ca. III

SEd quoniā differendi ⁊ ratiocinā
di neceſſitas per quattuordecim li
bros multa nos dicere compulit:
que cuncta ſimul aſpicere nō valemus: vt
ad id qꝺ apprehēdere volumꝰ ea celeri co-
gitatiōe referamꝰ: faciā quantū dn̄o adiu-
uāte potuero: vt quicquid in ſingulis volu
minibꝰ ad cognitionē diſputatiōe perduxi
remota diſputatiōe breuiter cōgerā: ⁊ tāꝙ
ſub vno mētꝭ aſpectu: nō quēadmodū res
queꝙ perſuaſit: ſ; ipa que ꝑſuaſa ſunt po-
nam: ne tam lōge ſint a ꝓcedētibꝰ cōſequē-

tia: vt obliuionē ꝑcedentiū faciat inſpectio
ꝯſequētiū: aut certe ſi fecerit: cito poſſit qđ
exciderit relegēdo recolligi. In ꝑmo libro
ſm ſcripturas ſacras: vnitas ⁊ equalitas
ſumme illius trinitatis oſtēdit: In. ij. ⁊. iij.
⁊. iiij. eadem: ſed de filij miſſione ⁊ ſpūſſan
cti diligenter queſtio ꝓtractata: tres libros
fecit. Demōſtratūq; eſt: non ideo minorem
mittētem eo qui miſſus eſt: q2 ille miſit: hic
miſſus eſt: cum trinitas que ꝑ omnia equa
lis eſt: pariter quoq; in ſua natura immu-
tabilis: ⁊ inuiſibilis: ⁊ vbiq; preſens inſe-
parabiliter operet. In. v. ꝓpter eos quib9
ideo videt nō eandē patris ⁊ filij eſſe ſub-
ſtantiā: q2 oīne qđ de deo dicit: ſm ſubſtā-
tiā dici putāt: ⁊ ꝓpterea ⁊ gignere ⁊ gigni:
vel genitū eē ⁊ ingenitū: qm̄ diuerſa ſunt:
cōtendūt ſubſtantias eſſe diuerſas: demō-
ſtrat nō omne qđ de deo dicit ſm ſubſtan-
tiam dici: ſicut ſm ſubſtantiā dicit bonus
⁊ magnus: ⁊ ſi quid aliud ad ſe dicitur: ſed
dici etiā relatiue: id eſt nō ad ſe ſed ad ali-
quid qđ ipē nō eſt: ſicut pater ad filiū dici-
tur: vel dn̄s ad creaturā ſibi ſeruientē: vbi
ſi quid relatiue: id eſt ad aliquid qđ ipē nō
Ps. 89 eſt etiā ex tpe dicit: ſicuti eſt: Dn̄e refugium
factus es nobis: nihil ei accidere quo mu-
tetur: ſꝫ omnino ipm in natura vel eſſentia
ſua imutabilē ꝑmanere. In. vj. quomō di
ctus ſit xp̄s ore apl̄ico: dei v̄tus ⁊ dei ſapiē
tia: ſicut diſputat: vt differat eadē queſtio
diligētius retractāda: vtꝝ a quo eſt genit9
xp̄s nō ſit ipē ſapiētia: ſꝫ tantū ſapiētie pa-
ter: an ſapientia ſapiētiā genuerit: ſꝫ quod-
libet hoꝝ eſſet: etiā in hoc libro apparuit tri
nitatis equalitas: ⁊ non deus triplex: ſꝫ tri-
nitas: nec quaſi aliquid duplū eſſe patrē ⁊
filiū ad ſimplū ſpm̄ſctm̄: vbi nec tria plus
aliquid ſūt q̄ȝ vnū hoꝝ. Diſputatū eſt etiā
quomō poſſit intelligi qđ ait hilarius ep̄s:
Eternitas in p̄re: ſpecies in imagine: vſus
in munere. In. vij. queſtio que dilata fue-
rat explicat: ita vt deus qui genuit filiū: nō
ſolū ſit pater virtutis ⁊ ſapiētie ſue: ſꝫ etiam
ipē v̄tus atq; ſapiētia. Sic ⁊ ſpūſſanctus.
Nec tn̄ ſimul tres ſunt virtutes: aut tres ſa
pientie: ſꝫ vna virtus: ⁊ vna ſapiētia: ſicut
vnus deus: ⁊ vna eſſentia. Deinde queſi-
tum eſt: quō dicant vna eſſentia: tres ꝑſo-
ne: vel a quibuſdā grecis vna eſſentia: tres
ſubſtātie: ⁊ inuenta eſt elocutiōis neceſſita
te dici: vt aliquo vno noīe enunciarent: cū
querit: qđ tres ſint: q; tres eſſe veraciter ꝯfi
temur: patrē ſcꝫ ⁊ filiū ⁊ ſpm̄ſctm̄. In. viij.
rōne etiā reddita intelligentib9 clarū eſt in
ſubſtantia veritatis nō ſolū patrē filio non
eſſe maiorē: ſꝫ nec ambos ſimul aliquid ma
ius eē q̄ȝ ſolū ſpm̄ſctm̄: aut quoſlibet duos
in eadē trinitate maius eē aliquid q̄ȝ vnū:
aut omnes ſimul tres maius aliquid eē q̄ȝ
ſingulos. Deinde per veritatē q̄ intellecta
cōſpicit: ⁊ ꝑ bonū ſummum a quo eſt omne
bonum: ⁊ ꝑ iuſticiā propter quā diligit ani-
mus iuſtus: ab animo etiā nondū iuſto: vt
natura non ſolū incorꝑalis: verū etiā incō
mutabilis qđ eſt deus quantū fieri pōt in-
telligeret admonui: ⁊ per caritatē q̄ in ſcri-
pturis ſanctis deus dictus eſt ꝑ quā cepit:
vtcunq; etiā trinitas intelligentib9 appare-
re: ſicut amans ⁊ qđ amat: ⁊ amor. In. ix.
ad imaginē dei: qđ eſt hō ſm mentē perue
nit diſputatio: ⁊ in ea quedā trinitas inue-
nitur: id eſt mens ⁊ noticia: qua ſe nouit: ⁊
amor quo ſe noticiāq; ſuam diligit: ⁊ h̄ tria
equalia inter ſe ⁊ vnius oſtēdunt eſſentie.
In. x. hoc idē diligētius ſubtiliuſq; tracta
tum eſt: atq; ad id ꝑductū: vt inueniret in
mente euidētior trinitas eius: in memoria
ſcꝫ ⁊ intelligētia ⁊ volūtate. Sed qm̄ ⁊ hoc
compertū eſt: q; nunq̄ȝ eſſe ita potuerit: vt
mens nō ſui meminiſſet: nō ſe intelligeret ⁊
diligeret: q̄ȝuis nō ſemꝑ ſe cogitaret. Cum
aūt ſe cogitaret: non ſe a corꝑalib9 reb9 ea-
dem cogitatiōe diſcerneret: dilata eſt de tri
nitate cuius hec imago ē diſputatio: vt in
ipis etiā corꝑalib9 viſis inueniret trinitas:
⁊ diſtincti9 in ea lectoris exerceret intētio.
In. xj. ergo elect9 eſt ſenſus oculoꝝ: in quo
id qđ inuentū eſt etiam in ceteris quattuor
ſenſib9 corꝑis ⁊ non dictū poſſet agnoſci:
atq; ita exterioris hoīs trinitas: ꝑmo in his
que cernunt extrinſecus: ex corpore ſcꝫ qđ
videt: ⁊ forma q̄ inde in acie cernentis im-
primit: ⁊ vtrūq; copulātis intētione volū-
tatis apparuit. Sꝫ hec tria nō inter ſe equa
lia: nec vni9 eē ſubſtātie claruerūt. Deinde
in ipo animo ab his q̄ extrinſecus ſenſa ſūt
velut introducta inuēta eſt altera trinitas:
vbi appareret eadē tria vni9 eſſe ſubſtātie.
Imaginatio corꝑis que in memoria eſt: et
inde informatio cū ad eā cōuertit acies co
gitātis: ⁊ vtrūq; ꝯiungēs intētio volunta-
tis. Sed ideo iſta trinitas ad exteriorē ho-
minē reperta eſt ꝑtinere: q2 de corꝑib9 illa-
ta eſt q̄ ſentiunt extrinſecus. In. xij. diſcer
nenda viſa eſt ſapientia a ſcientia: ⁊ in ea q̄
ꝓprie ſciētia nūcupat: q2 inferior eſt: prius
quedā ſui gener9 trinitas inquirēda. Que

licet ad interiorē hoīem iam ptineat: nōdū tñ imago dei vel appellāda sit vel putāda. Et hoc agit in .xiij. p cōmendationē fidei xpiane. In .xiiij. aūt de sapiētia hoīs vera: id est de munere in eius ipius dei participatione donata: que a sciētia distincta est disputat. Et eo puenit disputatio vt trinitas appareat in imagine dei qḋ est hō: ẜm mentem: que renouat in agnitione dei: ẜm imaginē ei⁹ qui creauit hominē ad imaginem suā: ⁊ sic percipit sapientiā vbi ɔtemplatio est eternorum.

Colo. 3 Gen. j

In quarū rerū ɔtēplatiōe summa trinitas inquirēda sit. Ca. iiii

Iam ergo in ipis rebus eternis incorpalib⁹ ⁊ incōmutabilib⁹ in quarum perfecta cōtemplatiōe nobis beata q̄ nō nisi eterna est vita pmittit: trinitatē que de⁹ est inquiram⁹. Neqʒ eñ diuinorū librorū tantūmō auctoritas esse deum pdicat: ẜ omnis que nos circūstat ad quā nos etiā pertinem⁹ vniuersa ipa rerū natura proclamat habere se prestātissimū cōditorē: qui nobis mentē rationēqʒ naturalē dedit: qua viuētia nō viuentib⁹ sensu predita nō sentiētib⁹: intelligētia nō itelligētibus: imortalia mortalib⁹: impotentib⁹ potentia: iniustis iusta: speciosa deformibus: bona malis: icorruptibilia corruptibilib⁹: imutabilia mutabilib⁹: inuisibilia visibilibus: incorpalia corpalibus: beata miseris pferēda videamus. Ac p ẜ qm̄ rebus creatis creatorē sine dubitatōe pponim⁹: oportet vt eū ⁊ sūme viuere ⁊ cūcta sentire atqʒ intelligere: ⁊ mori: corrumpi: mutariqʒ nō posse: nec corpus esse: sed spm̄ oīm potentissimū: iustissimū: speciosissimū: optimū: beatissimūqʒ fateamur.

Oīa q̄ de deo digne dici vident posse ī pauciora ɔferre vt nihil minus dictū intelligat. Ca. v

Sed hec omnia que dixi: ⁊ q̄cunqʒ alia simili more locutiōis humane digne de deo dici vident: ⁊ vniuerse trinitati que est vnus deus: ⁊ psonis singulis in eadē trinitate cōueniūt. Quis eñ vel vnū deū qḋ est ipa trinitas: vl' patrē vl' filiū: vel spiritumsctm̄ audeat dicere: aut nō viuentē: aut nihil sentientē vel intelligētem: aut in ea natura qua inter se pdicant: equales quēqʒ esse eorū mortalē siue corruptibilem: siue mutabilē: siue corporeū: aut quisqʒ ibi neget aliquē potētissimū: iustissimū: speciosissimū: optimū: beatissimū. Si ergo hec atqʒ hmōi omnia: ⁊ ipa trinitas: ⁊ in ea singuli dici possunt: vbi aut quō trinitas apparebit: redigam⁹ itaqʒ p̄us hec plurima ad aliquā paucitatē. Que vita eñ dicit in deo: ipa est essentia eius atqʒ natura. Non itaqʒ deus viuit nisi vita qḋ ipse sibi est. Hec aūt vita nō talis ē: qualis inest arbori: vbi nullus est intellect⁹: nullus ē sensus: nec talis qualis inest pecori. habet eñ vita pecoris sensum quinquiptitū: ẜ intellectū habet nullū. At illa vita q̄ deus ē sentit atqʒ intelligit oīa: ⁊ sentit mente nō corpore: q: spūs est deus. Nō aūt sicut aīalia q̄ habēt corpa: p corpus sentit aīa. Nō eñ ex aīa constat ⁊ corpore. Ac p hoc simplex illa natura sicut intelligit sentit: sic sentit intelligit. Idemqʒ sensus qui intellect⁹ ē illi. Nec ita vt aliqñ esse desistat: aut cepit. Immortalis est eñ: nec frustra de illo dictū est q solus habeat imortalitatē. Nā imortalitas eius vere imortalitas est: in cui⁹ natura nulla est cōmutatio. Ipa est etiā vera eternitas q̄ est imutabilis deus sine initio: sine fine ɔsequēter ⁊ icorruptibilis. Una ergo eademqʒ res dicit siue dicat eternus de⁹: siue immortalis: siue incorruptibilis: siue imutabilis. Itemqʒ cū dicit viuēs ⁊ intelligēs: qḋ est vtiqʒ sapiēs: hoc idē dicit. Non eñ percipit sapiētiā q̄ sit sapiēs: ẜ ipe sapiētia est. Et hec vita eadēqʒ virtus siue potētia: eadēqʒ species q̄ potēs atqʒ speciosus dicit. Quid eñ potētius ⁊ speciosi⁹ sapiētia: que attingit a fine vsqʒ ad finē fortiter: ⁊ disponit oīa suauiter. Bonitas etiā atqʒ iusticia nūqd inter se in natura dei: sicut in ei⁹ opib⁹ distāt: tanqʒ due diuerse sint q̄litates dei: vna bōitas: alia iusticia. Nō vtiqʒ. Sʒ q̄ iusticia ipa bonitas: ⁊ q̄ bonitas ipa beatitudo. Incorpalis aūt vel incorpore⁹ ideo dicit deus: vt spūs credat: vel intelligat esse nō corp⁹. Proinde si dicam⁹: eternus: inmortalis: incorruptibilis: imutabilis: viuus: sapiēs: potēs: speciosus: iustus: bonus: btūs spūs: horū oīm nouissimū qḋ posui: quasi tm̄mō videt significare substātiā: cetera vō hui⁹ substātie qualitates: sed nō ita est in illa ieffabili simpliciqʒ natura. Quicquid eñ ẜm qualitates illi dici videtur: ẜm substantiā vel essentiā est intelligendum. Absit eñ vt spūs ẜm substātiā dicatur deus: ⁊ bonus ẜm qualitatē: ẜ vtrunqʒ ẜm substantiā. Sic oīa cetera q̄ cōmemorauim⁹: vnde in superiorib⁹ libris multa iā

j. Thi. 6

Sap. 8

dixímus. De quattuoꝛ igiꝭ pꝛimis que mō
a nobis enumerata atq̧ digeſta ſūt: id eſt
eternus: imoꝛtalis: incoꝛruptibilis: imuta-
bilis: vnū aliq̄d eligam⁹: q꞉ vnū quattuoꝛ
iſta ſignificāt: ſicut iā diſſerui: ne ꝑ multa
diſtendaꝭ intētio: ⁊ illud potius qđ poſitū
eſt pꝛius: id eſt eternus: hoc faciamus ⁊ de
quattuoꝛ ſecūdis: que ſunt: viuus: ſapiēs:
potens: ſpecioſus. Et qm̄ vita qualicunq̧
ineſt ⁊ pecoꝛi cui ſapiētia nō ineſt: duo ve-
ro iſta ſapiētia ſcꝫ atq̧ potētia ita ſūt inter
ſe in hoīe cōparata: vt ſctā ſcriptura dice-
Sap. 6 ret: Melioꝛ eſt ſapiens q̄ fortꝭ. Specioſa
poꝛro etiā coꝛpoꝛa dici ſolent. Vnū ex his
quattuoꝛ qđ eligimus: ſapiens eligatur: q̄
uis hec quattuoꝛ in deo nō inequalia dicē
da ſint. Nomina em̄ quattuoꝛ: res aūt vna
eſt. De tertijs vero vltimis quattuoꝛ q̄uis
in deo idē ſit iuſtum eſſe qđ bonū: quod be
atum. Idemq̧ ſpiritū eſſe: quod iuſtū ⁊ bo
num ⁊ beatū eſſe: tn̄ q꞉ in hominib⁹ poteſt
eſſe ſpiritus nō beatus: pōt ⁊ iuſtus ⁊ bon⁹
nōdū beat⁹. Qui vero beatus eſt: ꝑfecto
⁊ iuſtus ⁊ bonus ⁊ ſpūs eſt: hoc potius eli-
gamus qđ nec in hoībus eſſe ſine illis trib⁹
poteſt: qđ eſt beatus.

¶ Quō etiā ſi vnū aliq̄d eligaꝭ ex
multis qđ digne appelleꝭ deus: in
ip̄a vna appellatiōe trinitas deita
tis poſſit intelligi. ¶ Ca. VI

Nunc igiꝭ cum dicim⁹ eternus: ſa-
piens: beat⁹: hec tria ſunt trinitas
que appellaꝭ de⁹. Redigam⁹ q̄dē
illa duodecim in iſtam paucitatē triū: ſꝫ eo
mō foꝛſitan poſſum⁹ ⁊ hec tria in vnū ali-
quid hoꝛ. Nam ſi vna eadēq̧ res in dei na
tura pōt eſſe ſapiētia ⁊ potētia: aut vita ⁊ ſa
pientia: cur nō vna eadēq̧ res eſſe poſſit in
dei natura eternitas ⁊ ſapiētia: aut beatitu
do ⁊ ſapiētia: Ac per hoc ſicut nihil inter-
erat vtrū illa duodecim: an iſta tria dicere-
mus: qn̄ illa multa in iſtam redigim⁹ pauci
tatem. Ita nihil intereſt vtrū tria iſta dica-
mus: an illud vnū in cui⁹ ſinglaritate duo
cetera ſimiliter redigi poſſe mōſtrauimus.
Quis itaq̧ diſputādi modus: que nā tan
dem vis intelligēdi atq̧ potētia: que viua-
citas rōnis: que acies cogitatiōis oſtēdet:
vt alia iam taceā: hoc vnū qđ ſapiētia dici
tur deus: quomō ſit trinitas: Neq̧. n. ſicut
nos de illo ꝑcipim⁹ ſapiētiā: ita deus de ali
quo: ſꝫ ſua eſt ip̄e ſapiētia: q꞉ non eſt aliud
ſapiētia eius: aliud eſſentia: cui hoc eſt eſſe
qđ ſapiētē eſſe. Diciꝭ q̄dē in ſcripturis ſan
ctis: chꝛiſtus dei virtus: ⁊ dei ſapiētia. Sed j. Cor. j
queadmodū ſit intelligendū: ne patrē fili⁹
videaꝭ facere ſapientē: in libꝛo. vij. diſpu-
tatū eſt. Et ad hoc ratio ꝑuenit: vt ſic ſit fi-
lius ſapētia de ſapiētia: queadmodū lumē
de lumine: de⁹ de deo. Nec aliud potuim⁹
inuenire ſpm̄ ſctm̄: niſi ⁊ ip̄m eſſe ſapiētiā: ⁊
ſimul omnes vnā ſapientiā: ſicut vnū deū:
vnā eſſentiā. Hanc ergo ſapiētiā quod eſt
deus: quō intelligim⁹ eſſe trinitatē nō dixi:
quō credim⁹ (nam hoc inter fideles nō de-
bet habere queſtionē) ſꝫ ſi aliquo mō ꝑ in-
telligentiā poſſum⁹ videre qđ credim⁹: q̇s
iſte erit modus: Si em̄ recolamus vbi nr̄o
intellectui ceperit in his libꝛis trinitas ap-
parere: octauus occurrit. Ibi quippe vt po
tuim⁹ diſputādo erigere temptauim⁹ mē-
tis intentionē ad intelligendā illā pꝛeſtātiſ
ſimā imutabilē naturā qđ nr̄a mēs nō eſt.
Quā tn̄ ſic intuebamur: vt nec longe a no
bis eſſet: ⁊ ſupꝛa nos eſſet: nō loco: ſed ip̄a
ſui venerabili mirabiliq̧ pꝛeſtantia: ita vt
apud nos eſſe ſuo pꝛeſenti lumine videreꝭ.
In qua tn̄ nobis adhuc nulla trinitas ap-
parebat: q꞉ nō ad eā querēdā in fulgoꝛe il-
lo firmā mentis aciem tenebam⁹: tantū q꞉
non erat aliqua moles vbi credi opoꝛteret
magnitudinē duoꝛū vel trium plus eſſe q̄
vnius: cernebamus vtcunq̧. Sed vbi vē- j. Job. 4
tum eſt ad caritatē que in ſancta ſcriptura
de⁹ dicta eſt: eluxit paululū trinitas: id eſt
amās: ⁊ qđ amaꝭ: ⁊ amoꝛ. Sed q̇a lux illa
ineffabilis nr̄m reuerberabat obtutuꝫ: ⁊ ei
nōdū poſſe cōtemperari nr̄e mētis quodā
mō ꝯuincebaꝭ infirmitas: ad ip̄ius nr̄e mē
tis: ſm̄ quā fact⁹ eſt hō ad imaginē dei: ve Geñ. j
lut familiarioꝛē cōſiderationē reficiēde la-
boꝛātis intentiōis cauſa: iter ceptū diſpoſi
tūq̧ reflexim⁹. Et inde in creatura qđ nos
ſum⁹: vt inuiſibilia dei ꝑ ea q̄ facta ſunt cō Roma. j
ſpicere intellecta poſſem⁹: immoꝛati ſum⁹
a. ix. vſq̧ ad. xiiij. libꝛū. Et ecce iam quan
tum neceſſe fuerat: aut foꝛte pluſq̧ neceſſe
fuerat: exercitata in inferioꝛib⁹ intelligētia:
ad ſummā trinitatē q̄ deus eſt ꝯſpiciendā
nos erigere volum⁹: nec valem⁹. Non em̄
ſicut certiſſimas vidim⁹ trinitates: ſiue que
foꝛinſec⁹ de rebus coꝛpalib⁹ fiunt: ſiue cuꝫ
ea ip̄a que foꝛinſec⁹ ſenſa ſunt cogitantur:
ſiue cū illa que oꝛiunꝭ in animo nec ꝑtinēt
ad coꝛpis ſenſus: ſicut fides: ſicut virtutes
que ſunt artes agēde vite: manifeſta ratio
ne cernuntur ⁊ ſcientia cōtinenꝭ: ſiue cum
mens ipſa qua nouimus quicquid noſſe

nos veraciter dicim⁹: ſibi cognita eſt vel ſe cogitat: ſiue cū aliqd qd ipa nō eſt eternuz atq̧ imutabile conſpicit. Nō ḡ ſicut in his omnib⁹ certiſſimas vidim⁹ trinitates: q̄ in nobis fiunt vel in nobis ſunt: cū iſta meminim⁹ aſpicim⁹: volum⁹: ita videm⁹ etiā trinitatē deū: q̄ꝛ illic intelligēdo ꝯſpicimus tanq̄ dicentē: ꝛ verbuz eius: id eſt patrē ꝛ filiū: atq̧ inde ꝓcedētē caritatē vtriuſq̧ cōmunē ſcʒ ſpm̄ſctm̄. An trinitates iſtas ad ſenſus nr̄os vl ad animū ꝑtinētes videm⁹ potius q̄ credim⁹: deum vero eſſe trinitatē credim⁹ potius q̄ videm⁹? Quod ſi ita eſt: ꝓfecto aut inuiſibilia eius ꝑ ea q̄ facta ſunt nulla intellecta ꝯſpicim⁹: aut ſi illa cōſpicimus: nō in eis cōſpicim⁹ trinitatē: ꝛ eſt illic qd cōſpiciam⁹: ꝛ eſt qd etiā nō ꝯſpectū credere debeamus. Conſpicē aūt nos imutabile bonū qd nos nō ſum⁹: liber. viij. oſtendit. ꝛ. xiiij. cū de ſapiētia q̄ homini ex deo eſt loq̄remur admonuit. Cur itaq̧ ibi non agnoſcim⁹ trinitatē? An hec ſapiētia q̄ de⁹ dicit nō ſe itelligit: nō ſe diligit? Quis hoc dixerit: aut q̄s eſt qui nō videat: vbi nulla ſciētia eſt: nullo mō eſſe ſapiētiā? Aut vero putandū eſt ſapiētiā q̄ deus eſt ſcire alia ꝛ neſcire ſeipam: vel diligere alia: nec diligere ſeipam: que ſi dici ſiue credi ſtultū ꝛ impium eſt? Ecce ergo trinitas ſapiētia ſcʒ et noticia ſui ꝛ dilectio ſui. Sic enī ꝛ in hoīe inuenim⁹ trinitatē: id eſt mentē ꝛ noticiam qua ſe nouit: ꝛ dilectionē qua ſe diligit.

¶ Quō differat trinitas que inuenit in imagine dei a trinitate que deus eſt. ¶ Ca. VII

Sed hec tria ita ſunt in hoīe: vt nō ipa ſint hō. Nō eſt eīn vt veteres diffinierūt: animal rōnale mortale. Ille ergo excellūt in hoīe: nō ipa ſunt hō. Et vna ꝑſona: id eſt ſingulus quiſq̧ hō habet illa tria in mēte. Qd ſi etiā ſic diffiniam⁹ hominē vt dicam⁹: Homo eſt ſubſtātia rōnalis ꝯſtans ex anima ꝛ corpe: nō eſt dubiū: hominē habere aīam q̄ nō eſt corpus: habere corpus qd nō eſt aīa. Ac ꝑ hoc illa tria nō hō ſunt: ſed hoīs ſunt vel in hoīe ſunt. Detracto etiaʒ corpe: ſi ſola aīa cogitet: aliqd eius eſt mens tanq̄ caput eius vel oculus vel facies: ſed non hec vt corpa cogitanda ſunt. Non igit aīa: ſʒ qd excellit in aīa mēs vocat. Nunquid aūt poſſumus dicē trinitatem ſic eſſe in deo: vt aliqd dei ſit: nec ipa ſit deus? Quapropt ſingulus quiſq̧ hō q̄ nō ſm̄ oīa que ad naturā ꝑtinent eius: ſed ſm̄ ſolā mētē imago dei dr̄ vna ꝑſona eſt: ꝛ imago eſt trinitatis in mēte. Trinitas vero illa cui⁹ imago eſt: nihil aliud ē tota q̄ de⁹: nihil ē tota q̄ trinitas. Nec aliquid ad naturā dei ꝑtinet qd ad illā nō ꝑtineat trinitatem. Et tres ꝑſone ſunt vnius eſſentie: nō ſicut ſingulus quiſq̧ hō vna ꝑſona. Iteq̧ in hoc magna diſtātia eſt: q̧ ſiue mentē dicam⁹ in hoīe: eiuſq̧ noticiā ꝛ dilectionē: ſiue memoriā: intelligentiā: voluntatē: nihil mētis meminim⁹ niſi ꝑ memoriā: nec itelligimus niſi ꝑ intelligentiā: nec amamus niſi ꝑ volūtatē. At vero in illa trinitate quis audeat dicere patrem nec ſeipm nec filiuz nec ſpm̄ſctm̄ intelligere niſi per filiū: vel diligere niſi ꝑ ſpm̄ſctm̄: per ſe aūt meminiſſe tantūmō vel ſui vel filij vel ſpūſancti: eccdemq̧ mō filiū nec ſui nec prīs meminiſſe niſi per patrē: nec diligere niſi ꝑ ſpm̄ſctm̄: per ſe aūt nō niſi intelligē ꝛ patrē ꝛ ſeipum ꝛ ſpm̄ſctm̄. Similiter ꝛ ſpm̄ſctm̄ ꝑ patrem meminiſſe ꝛ prīs ꝛ filij ꝛ ſui: ꝛ ꝑ filiū intelligere ꝛ patrē ꝛ filiū ꝛ ſeipm: per ſe aūt nō niſi diligere ꝛ ſe ꝛ patrem ꝛ filium: tanq̄ memoria ſit pater ꝛ ſua ꝛ filij ꝛ ſpūſancti: filius aūt intelligentia ꝛ ſua ꝛ prīs ꝛ ſpūſancti. Spūs vero ſctūs caritas ꝛ ſua ꝛ patris ꝛ filij. Quis hec in illa trinitate opinari vel affirmare preſumat? Si eīn ſolus ſibi filius intelligit vt intelligentia ſit: ꝛ ſibi ꝛ patri et ſpiritui ſctō: ad illā redit abſurditatē vt pater non ſit ſapiens de ſeipo ſed de filio: nec ſapiētia ſapientiā genuerit: ſed ea ſapiētia pater dicat ſapiēs eē quā genuit. Ubi eīn nō eſt intelligētia: nec ſapientia poteſt eſſe: ac per hoc ſi pater nō intelligit ipe ſibi: ſed filius intelligit prī: profecto filius patrē ſapientē eſſe facit. Et ſi hoc eſt deo eſſe qd ſapere: ꝛ ea illi eſſentia eſt que ſapiētia: nō filius a prē quod verū eſt: ſʒ a filio potius habet pater eſſentiā: qd abſurdiſſimū atq̧ falſiſſimū eſt. Hāc abſurditatē nos in libro ſeptimo diſcuſſiſſe: cōuiciſſe: abieciſſe: certiſſimū eſt. Eſt ergo de⁹ pater ſapiēs: ea qua ipe ſua eſt ſapientia: ꝛ fili⁹ ſapientia patris de ſapiētia qd eſt pater: de quo genit⁹ eſt filius. Quocirca cōſequēter eſt ꝛ intelligēs pater ea qua ipſe ſua eſt intelligentia: neq̧ eīn eēt ſapiēs qui nō eſſet intelligēs: filius aūt intelligētia patris de intelligētia genitus qd eſt pater: hoc ꝛ de memoria nō incōueniēter dici poteſt. Quomō eſt eīn ſapiēs qui nihil meminit: vl ſui nō meminit? Proinde q̄ꝛ ſapiētia pater: ſapiētia filius:

ſicut ſibi meminit pater: ita filius: ⁊ ſic ſui ⁊
filij meminit pater: memoria nõ filij: ſꝫ ſua:
ita ſui ⁊ p̄ris meminit filiꝰ memoria nõ p̄ris
ſꝫ ſui. Dilectio quoq̄ vbi nulla eſt: q̇s vllã
dicat eſſe ſapientiã? Ex quo colligit̃ ita eſſe
p̄ri dilectionẽ ſuã: vt intelligentiã ⁊ memo
riã ſuã. Ecce ergo tria illa: id eſt memoria:
intelligẽtia: dilectio ſeu volũtas: in illa ſũ-
ma ⁊ imutabili eſſentia qđ eſt deꝰ: non pr̄ ⁊
filius ⁊ ſpũſſctũs ſunt: ſꝫ pr̄ ſolus. Et q̄ꝛ fi-
lius quoq̄ ſapiẽtia eſt genita de ſapiẽtia: ſi
cut nec pr̄ ei: nec ſpũſſctũs itelligit: ſꝫ ip̄e ſi-
bi: ita nec pr̄ ei meminit: nec ſpũſſctũs ei di
ligit: ſed ip̄e ſibi. Sua enim eſt ⁊ ip̄e memo
ria: ſua itelligẽtia: ſua dilectio. Sꝫ ita ſe ha
bere: de p̄re illi eſt de quo natus eſt. Spũs
etiã ſctũs q̄ꝛ ſapiẽtia eſt ꝓcedẽs de ſapien-
tia: nõ patrẽ habet memoriã: ⁊ filiũ intelli-
gẽtiã: ⁊ ſe dilectionẽ: neq̄ eñ ſapiẽtia eſſet
ſi alius ei meminiſſet: eiq̄ aliꝰ intelligeret:
ac tm̄modo ſibi ip̄e diligeret. Sꝫ ip̄e habet
hec tria: ⁊ ea ſic habet: vt hꝰ ip̄a ip̄e ſit. Ve-
rũtamẽ vt ita ſit: inde illi eſt vnde ꝓcedit.
Quis ģ hoim pōt iſtam ſapiam qua nouit
deus om̄ia: ita vt nec ea q̄ dicunt̃ p̄terita:
ibi p̄tereãt: nec ea que dicunt̃ futura: qua-
ſi deſint expectent̃ vt veniant: ſꝫ ⁊ p̄terita ⁊
futura cũ p̄ſentibus ſint cũcta p̄ſentia: nec
ſingula cogitẽt̃: ⁊ ab alijs ad alia cogitãda
trãſeat̃: ſꝫ in vno cõſpectu ſimul preſto ſint
vniuerſa. Quis inquã hoim cõprehẽdit ſa
pientiã: eandẽq̄ prudẽtiaꝫ: eãdẽq̄ ſciam:
qñ quidẽ a nobis nec nr̄a cõp̄hẽdunt̃? Ea
q̇ppe que vel ſenſibꝰ vel intelligẽtie nr̄e aſ-
ſunt: poſſumꝰ vtcũq̄ conſpicere: ea vero q̄
abſunt: ⁊ tñ affuerũt: ꝑ memoriã nouimus
que obliti nõ ſumꝰ. Nec ex futuris p̄terita:
ſed futura ex p̄teritis: nõ tñ firma cognitõe
conijcimꝰ. Nam quaſdã cogitatiões nr̄as
quas futuras velut manifeſtiꝰ atq̄ certius:
ꝓximas quaſdã ꝓſpicimꝰ: memoria faciẽ-
te id agimus: cũ agere valemꝰ quantũ vale
mus: que ad ea nõ vident̃ q̄ futura ſunt: ſꝫ
ad p̄terita ꝑtinere. Qđ licet experiri in eis
dictis vel canticꝭ: quoꝝ ſeriẽ memorit̃ red-
dimꝰ. Niſi eñ p̄uideremꝰ cogitatiõe qđ ſe-
quit̃: non vtiq̄ diceremꝰ. Et tñ vt p̄uidea-
mus: nõ ꝓuidẽtia nos inſtruit: ſꝫ memoria.
Nam donec finiat̃ om̄e qđ dicimꝰ: ſiue ca-
nimus: nihil eſt qđ nõ prouiſuꝫ ꝓſpectũq̄
ꝓferat̃. Et tñ cũ id agimꝰ: nõ dicimur pro-
uidenter: ſꝫ memoriter canere vel dicere: ⁊
qui hoc in multis ita ꝓferẽdis valẽt pluri-
mũ: nõ ſolet eoꝝ ꝓuidẽtia: ſꝫ memoria pre-
dicari: fieri iſta in animo vel ab animo nr̄o
nouimꝰ: ⁊ certiſſimi ſumꝰ. Quõ autẽ fiant:
quanto attentius voluerimꝰ aduertere: tan
to magis noſter ⁊ ſermo ſuccũbit: ⁊ ip̄a nõ
ꝑdurat intẽtio: vt ad liquidũ aliq̇d nr̄a in-
telligẽtia: ⁊ ſi nõ lingua: ꝑueniat. Et puta-
mus nos vtrũ dei ꝓuidẽtia eadẽ ſit que me
moria ⁊ intelligẽtia: qui nõ ſingula cogitã-
da aſpicit: ſꝫ vna eterna ⁊ imutabili atq̄ in-
effabili viſione cõplectit̃ cũcta que nouit:
tanta mẽtis infirmitate poſſe cõprehendẽ?
In hac igit̃ difficultate ⁊ anguſtia: libet ex
clamare ad deũ viuũ. Mirificata ẽ ſciẽtia Ps̄. 138
tua ex me: inualuit: ⁊ nõ potero ad illã. Ex
me quippe intelligo q̄ ſit mirabilis et incõ-
prehenſibilis ſciẽtia tua: qua me feciſti: qñ
nec meip̄m cõprehendẽ valeo quẽ feciſti:
⁊ tñ in meditatiõe mea exardeſcet ignis vt Ps̄. 38
queram faciẽ tuam ſemper.

¶ De ſpeculo in quo per imagines
dei trinitas eius vtcuq̄ intellecta
conſpicit̃. ¶ Ca. VIII

Incorporalẽ ſubſtantiã ſcio eſſe ſa
pientiã: ⁊ lumẽ eſſe in quo vidẽtur
que oculis carnalibꝰ vident̃: ⁊ tñ vir tantꝰ
tanq̄ ſpiritalis: Videmꝰ nũc inquit ꝑ ſpe- j. Cor. 13
culuꝫ in enigmate: tunc aũt facie ad faciẽ.
Quale ſit ⁊ qđ ſit hoc ſpeculũ ſi queramꝰ:
ꝓfecto illud occurrit qđ in ſpeculo niſi ima
go nõ cernit̃. Hoc ģ facere conati ſumus
vt ꝑ imaginẽ hanc qđ nos ſumꝰ: videremꝰ
vtcunq̄ a quo facti ſumꝰ: tanq̄ ꝑ ſpeculũ.
Hoc ſignificat etiã illud qđ ait idẽ ap̄lus:
Nos aũt reuelata facie gloriã dñi ſpeculã- 2. Cor. 3
tes: in eandẽ imaginẽ trãſformamur de glo
ria in gloriã tanq̄ a dñi ſpũ. Speculantes
dixit: ꝑ ſpeculũ vidẽtes: nõ de ſpecula pro-
ſpiciẽtes. Qđ in greca lingua nõ eſt ambi-
guũ: vnde in latinã trãſlate ſunt ap̄lice lr̄e.
Ibi quippe ſpeculũ vbi apparẽt imagines
rerũ a ſpecula de cuius altitudine longius
aliq̇d intuemur: etiã ſono verbi diſtat om̄i-
no: ſatiſq̄ apparet ap̄lum a ſpeculo: non a
ſpecula dixiſſe: gloriã dñi ſpeculãtes. Qđ
vero ait: In eãdẽ imaginẽ trãſformamur: Vbi. s.
vtiq̄ imaginẽ dei vult intelligi: eandemq̄
dicẽs: iſtã ip̄am ſcꝫ: id eſt quã ſpeculamur:
q̄ꝛ eadẽ imago eſt ⁊ gloria dei: ſicut alibi di
cit: Vir quidẽ nõ debet velare caput: cũ ſit j. Cor. 11
imago ⁊ gloria dei. De quibꝰ verbis iam in
libro duodecimo diſſeruimꝰ. Transforma
mur ergo dixit: de forma in formam muta-
mur: atq̄ tranſimꝰ de forma obſcura in for
mã lucidã: q̄ꝛ ⁊ ip̄a obſcura imago dei eſt:

⁊ ſi imago: ꝑfecto etiã gloria: in qua hoïes
creati ſumus: preſtãtes ceteris animalib⁹.
De ipſa quippe natura humana dictũ eſt:
i. Cor. ii Uir quidem nõ debet velare caput cuꝫ ſit
imago ⁊ gloria dei. Que natura in rebus
creatis excellentiſſima: cum a ſuo creatore
ab impietate iuſtificaẗ: a deformi forma for
moſam tráſferẗ in formã. Eſt quippe ⁊ in ip
ſa impietate quãtomagis damnabile viti-
um: tãto certius natura laudabilis. Et ꝓp
ter hoc addidit: De gloria in gloriã: de glo
ria creatiõis: in gloriã iuſtificatõis. Quis
poſſit hoc ⁊ alijs modis intelligi: qd̃ dictũ
eſt: De glia in gloriã: de gloria fidei in glo-
riã ſpeciei: de gloria qua filij dei ſumus: in
i. Joh. 3 gloriã qua ſimiles ei erimus: qm̃ videbim⁹
2. Cor. 3 euꝫ ſicuti eſt. Qd̃ vero adiunxit: Tanꝙ a
dñi ſpiritu: oſtẽdit gratia dei nobis cõferri
tam optabilis tráſformationis bonũ.

De enigmate ⁊ tropicis locutio nibus. Ca. IX

Hec dicta ſunt ꝓpẗ qd̃ ait apl̃s: nũc
ꝑ ſpeculũ nos videre. Quia vero
addidit: in enigmate: mltis h̃ incog-
nitũ eſt qui eas lr̃as neſciũt: in quib⁹ eſt do
ctrina q̃dã d̃ locutionũ modis q̃s greci tro
pos vocãt: eoꝙ greco vocabulo etiã nos
vtimur ꝓ latino. Sic eñ ſchemata vſitati⁹
dicim⁹ ꝙ figuras: ita vſitati⁹ dicimus tro-
pos ꝙ modos. Singuloꝝ aũt modoꝝ ſiue
tropoꝝ noïa: vt ſingula ſingulis referanẗ:
difficillimũ eſt ⁊ inſolentiſſimũ latine enũ-
ciare. Uñ quidaꝫ interp̃tes nr̃i: qd̃ ait apo
Gal. 4 ſtolus: q̃ ſũt in allegoria: nolẽtes grecũ vo
cabulũ ponere: circũloq̃ndo interp̃tati ſũt
dicẽtes: que ſunt aliud ex alio ſignificãtia.
Hui⁹ autẽ tropi: id eſt allegorie plures ſũt
ſpecies: in quib⁹ eſt etiaꝫ qd̃ diciẗ enigma.
Diffinitio aũt ipi⁹ nois generalis: oẽs etiã
ſpecies cõplectaẗ: neceſſe eſt. Ac ꝑ hoc ſic̃
oïs equ⁹ aïal eſt: nõ omne aïal equ⁹ eſt: ita
oñe enigma allegoria eſt: nõ oïs allegoria
enigma eſt. Quid ergo ẽ allegoria niſi tro-
pus: vbi ex alio aliud itelligiẗ: quale illud
eſt ad theſſalonicẽſes. Itaꝙ ñ dormiam⁹
i. Theſſa. 5 ſicut ⁊ ceteri: ſed vigilem⁹ ⁊ ſobrij ſim⁹. Nã
q̃ dormiũt nocte dormiũt: ⁊ qui inebrianẗ
nocte ebrij ſũt. Nos aũt q̃ diei ſum⁹: ſobrij
ſim⁹. Sꝫ hec allegoria: nõ eſt enigma. Naꝫ
niſi multũ tardis iſte ſenſus ipromptu eſt.
Enigma eſt aũt vt breuiter explicẽ: obſcu-
Prouer. 30 ra allegoria: ſic̃ eſt: Sãguiſuge erant tres fi
lie: ⁊ quecũꝙ ſimilia. Sed vbi allegoriam
noïauit apl̃s: nõ in verbis eam reperit: ſed
in facto: cũ e duob⁹ filijs abrae: vno de an
cilla: altero de libera: qd̃ nõ dictũ ẜ etiã fa-
ctũ fuit: duo teſtamẽta intelligẽda mõſtra-
uit: qd̃ anteꝙ exponeret obſcurũ fuit: ꝓin
de allegoria talis quod eſt generale nomẽ
poſſet ſpecialr̃ enigma noïari. Sꝫ qꝛ nõ ſo
li qui eas lr̃as neſciũt quib⁹ diſcunẗ tropi
querũt q̃d dixerit apl̃s: nunc in enigmate
nos videre: verũ etiã q̃ ſciũt: tñ qd̃ ſit illud
enigma vbi nunc videm⁹ noſſe deſiderant:
ex vtroꝙ inueniẽda vna eſt ſententia: ⁊ ex
illo ſcꝫ qd̃ ait: Uidem⁹ nũc ꝑ ſpeculũ: ⁊ ex i. Cor. 13
illo qd̃ addidit: in enigmate. Una eſt eniꝫ
cũ tota ſic diciẗ: videmus nũc ꝑ ſpeculũ in Ubi. s.
enigmate: ꝓinde quãtũ mihi videtur ſicut
noïe ſpeculi imaginẽ voluit intelligi: ita no
mine enigmatis q̃uis ſimilitudinẽ: tñ ob-
ſcurã: ⁊ ad ꝑſpiciendũ difficilẽ. Cũ igitur
ſpeculi ⁊ enigmatis noïe quecũꝙ ſilitudi-
nes ab apoſtolo ſignificate itelligi poſſũt:
q̃ accõmodate ſunt ad intelligendũ deum
eo mõ quo põt: nihil tñ eſt accõmodati⁹ ꝙ
id qd̃ imago ei⁹ nõ fruſtra diciẗ. Nemo ita
ꝙ mireẗ etiã in iſto mõ videndi q̃ cõceſſus
eſt huic vite: ꝑ ſpeculuꝫ ſcꝫ in enigmate la-
borare nos vt quõcũꝙ videam⁹. Nomen
q̃ppe hic nõ ſonaret enigmatis: ſi eſſet faci-
litas viſionis. Et hoc eſt grãdius enigma:
vt nõ videam⁹ qd̃ nõ videre nõ poſſumus.
Quis eñ nõ videt cogitationẽ ſuã: Et q̃s
videt cogitationẽ ſuã: nõ oculis carnalib⁹
dico: ſed ipõ interiore cõſpectu. Quis nõ
eam videt: ⁊ quis eã videt: quãdo quidem
cogitatio viſio eſt animi quedã: ſiue aſſint
ea que oculis quoꝙ corporalibus videan
tur: vel ceteris ſentianẗ ſenſib⁹: ſiue nõ aſ-
ſint: ⁊ eoꝝ ſilitudines cogitatõe cernanẗ: q̃
nec corꝑalia ſunt: nec corꝑaliũ ſilitudĩes.
ſicut v̂tutes ⁊ vitia: ſicut ipa deniꝙ cogita
tio cogitaẗ: ſiue illa q̃ ꝑ diſciplinas tradun
tur liberaleſꝙ doctrinas: ſiue iſtoꝝ omniũ
cauſe ſuꝑiores atꝙ ratiões in natura imu-
tabili cogitenẗ: ſiue etiã mala ⁊ vana ac fal
ſa cogitemus: vel nõ cõſentiente ſenſu: vel
errante conſenſu.

Quomodo per inſpectionẽ verbi quod eſt in cogitatione mentis humane ad agnitionem verbi qd̃ deus eſt aliquatenus poſſit accedi. Ca. X

Sed nũc de his loquamur que no-
ta cogitam⁹ ⁊ habemus in noticia
etiã ſi nõ cogitemus: ſiue ad cõtẽ-
platiuã ſcientiã ꝑtineant: quã ꝓprie ſapiẽ.

tiam dicim⁹: ſiue ad actiuã: quã ꝓprie ſci-
entiã nũcupandã eſſe diſſeruimus. Simul
eñ vtrũqꝫ mẽtis ẽ vni⁹: et imago dei vna.
Cũ vͦo de inferiore diſtincti⁹ ⁊ ſeorſuꝫ agiť
tũc nõ eſt vocãda imago dei: q̃uis et tũc i
ea nõnulla reperiať ſilitudo illi⁹ trinitatis:
qꝺ i tertiodecimo volumie oſtẽdim⁹. Nũc
ergo ſimul ꝺ vniuerſa ſciẽtia hoĩs loq̇mur:
i qua nobis nota ſũt quecũqꝫ ſunt nota: q̃
vtiqꝫ vera ſũt: alioq̇n nota nõ eẽnt. Nemo
eñ falſa nouit: niſi cũ falſa eſſe nouit. Qꝺ
ſi nouit: verũ nouit. Verũ eſt eñ ꝙ illa fal
ſa ſunt. De his ergo nũc diſſerim⁹ que no-
ta cogitam⁹: ⁊ nota ſunt nobis etiaꝫ ſi non
cogitenť a nobis. Sed certe ſi ea dicere ve
lim⁹: niſi cogitata nõ poſſum⁹. Nã ⁊ ſi ver-
ba nõ ſonẽt: in corde ſuo diċ vtiqꝫ q̇d cogi
Sap.2 tat. Vñ illud eſt in libro ſapiẽtie: Dixerũt
apꝺ ſe cogitãtes nõ recte. Expoſuit eñ q̇d
ſit: dixerũt apud ſe: cũ addidit: cogitãtes.
Huic ſimile eſt in euãgelio: ꝙ quidã ſcribe
Math.9 cũ audiſſent a dño dictũ paꝛlytico: Cõfide
fili remittũť tibi peccata tua: dixerũt intra
ſe: hic blaſphemat. Quid eſt eñ: dixerunt
Ibidẽ intra ſe: niſi cogitãdo? Deniqꝫ ſeq̇ť: Et cũ
vidiſſet ieſus cogitatiões eoꝝ dixit: Ut q̇d
cogitatis mala i cordib⁹ vr̃is? Sic mathe⁹.
Luc.5 Lucas aũt hoc idem ita narrat. Ceperunt
cogitare ſcribe ⁊ phariſei: dicẽtes: Quis ẽ
qui loquiť blaſphemias? Quis põt dimit-
tere peccata: niſi ſolus deus? Ut cognouit
aũt cogitatiões eoꝝ ieſus: rñdens dixit ad
illos: Quid cogitatis in cordibus veſtris?
Sap.2 Quale eſt in libro ſapientie: dixerũt cogi-
tãtes: tale hic eſt: cogitauerũt dicẽtes. Et
illic eñ ⁊ hic oſtendiť intra ſe atqꝫ in corde
Math.9 ſuo dicere: id eſt cogitãdo dicere. Dixerũt
quippe intra ſe: ⁊ dictũ eſt eis: Quid cogi-
Luc.12 tatis? Et de illo diuite cui⁹ vberes fructus
ager attulit: ait ipe dñs: Et cogitabat itra
ſe dicẽs: Quedã ḡ cogitatiões locutões
ſunt cordis: vbi et os eius eſſe dñs oſtẽdit
Math.15 cũ ait: Nõ qꝺ intrat in os coinquinat ho-
minẽ: ſ; qꝺ ꝓcedit ex ore hoc coinq̇nat ho-
minẽ. Una ſentẽtia duo q̃dã hoĩs ora cõ-
plexus eſt: vnũ corpis: alterũ cordis. Nã
vtiqꝫ vnde illi hoĩem putauerũt inquinari
in os intrat corpis. Vñ aũt dñs dixit inq̇-
nari hoĩem: de cordis ore ꝓcedit. Ita q̇ppe
expoſuit ipe qꝺ dixerat. Nã paulopoſt de
Ibidẽ hac re diſcipulis ſuis: Adhuc iquit ⁊ vos
ſine intellectu eſtis: Non intelligitis: quia
omne quod in os intrat in ventrẽ vadit et
in ſeceſſum emittiť? Hic certe aptiſſime de-

mõſtrauit os corpis. At in eo qꝺ ſequiť os
cordis oñdẽs. Que aũt inquit ꝓcedũt de Ibidẽ
ore: de corde exeũt: ⁊ ea coinq̇nant hoĩem
De corde eñ exeũt cogitatiões male: ⁊ ce
tera. Quid hac expoſitõne lucidius? Nec
tñ q: dicimus locutiões cordis eſſe cogita
tiones: ideo nõ ſunt etiã viſiones exorte de
noticie viſionib⁹: qñ vere ſunt. Foris enim
cum ꝑ corpus hec fiunt: aliud eſt locutio
aliud viſio. Int⁹ autẽ cũ cogitam⁹: vtrũqꝫ
vnũ eſt. Sicut auditio et viſio duo quedã
ſunt inter ſe diſtãtia in ſenſibus corpis: in
animo aũt nõ eſt aliud atqꝫ aliud videre ⁊
audire. Ac ꝑ h̔ cũ locutio foris nõ videa-
tur: ſed potius audiať. Locutiões tñ inte-
riores hoc eſt cogitatiões viſas dixit a do-
mino ſanctũ euãgeliũ nõ auditaſ. Dixerũt Math.9
inq̇t intra ſe: h̔ blaſphemat. Deinde ſubiũ-
xit. Et cũ vidiſſet Jeſus cogitatiões eorũ. Ibidẽ
Vidit ergo qꝺ dixerũt. Vidit eñ cogitati-
one ſua cogitatões eoꝝ: quas illi ſoli ſe pu
tabant videre. Quiſquis igiť põt intellige
re verbũ: nõ ſolum anteq̃ꝫ ſonet: verũetiã
anteq̃ꝫ ſonoꝝ ei⁹ imagines cogitatiõe vol-
uanť. hoc eñ eſt qꝺ ad nullã ꝑtinet linguã
eaꝝ ſcꝫ q̃ lingue appellanť gentiũ: quarum
nr̃a lingua latina eſt. Quiſq̇s inq̃ꝫ h̔ intelli
gere poteſt: iam poteſt videre ꝑ hoc ſpecu
lum atqꝫ in hoc enigmate aliquã verbi illi⁹
ſimilitudinẽ: de quo dictum eſt: In princi Joh.1
pio erat verbũ: ⁊ verbũ erat apud deum: ⁊
deus erat verbũ. Neceſſe eſt eñ cũ verbũ
loquimur: id eſt qꝺ ſcimus qꝺ loq̇mur ex
ipa ſcientia quã memoria tenemus: naſcať
vͦbũ qꝺ eiuſmodi ſit oĩno cuiuſmodi ẽ illa
ſciẽtia de qua naſciť. Formata quippe co-
gitatio ab ea re quã ſcim⁹: verbũ eſt qꝺ in
corde dicim⁹: qꝺ nec grecũ eſt nec latinuꝫ:
nec lingue alicui⁹ alterius: ſed cũ id opus
eſt in eoꝝ quib⁹ loquimur ꝓferre noticiam
aliqꝺ ſignũ quo ſignificeť: aſſumiť. Et ple-
rũqꝫ ſonus: aliq̃ñ etiã nutus: ille auribus:
ille oculis exhibeť: vt per ſigna corporalia
etiã corporis ſenſibus verbũ qꝺ mẽte geri
mus innoteſcat. Nã ⁊ innuere quid eſt ni-
ſi quodãmodo viſibiliter dicere. Eſt i ſcri-
pturis ſanctis hui⁹ ſentẽtie teſtimoniũ. Nã
in euangelio ſꝫm Johannẽ ita legiť: Amen Ibidẽ.13
amen dico vobis q: vnus ex vobis tradet
me. Aſpiciebãt ergo adinuicẽ diſcipli: he-
ſitãtes de quo diceret. Erat ergo vnus ex
diſcipulis eius in ſinu ieſu: queꝫ diligebat
ieſus. Innuit ergo huic ſimon petrus: ⁊ di
cit ei: Quis eſt de quo diċ? Ecce innuẽdo

dixit: quod ſonando dicere non audebat. Sed hec atqꝫ h⁹moi ſigna corporalia ſiue aurib⁹ ſiue oculis pſentib⁹ quib⁹ loquimur exhibem⁹. Inuente ſunt etiā littere ꝑ quas poſſem⁹ ⁊ cum abſentib⁹ colloqui: ſed iſta ſigna ſunt vocū: cū ipſe voces in ſermone noſtro earū q̄s cogitam⁹ ſigna ſint rerū.

Sicut verbum hominis ſignificatur per vocē vel quodlibet indicium corporale: ita verbum dei manifeſtatū eſſe per carnem. Capitulū.xi.

PRoinde verbū quod foris ſonat ſignū eſt verbi quod intus lucet: cui magꝫ verbi cōpetit nomē. Nā illud quod ꝓfertur carnis ore: vox verbi ē. Verbūqꝫ ⁊ ipm̄ dicit ꝓpter illud a quo vt foris appareret aſſumptū eſt. Ita eñ verbum noſtrū vox quodāmodo corporis fit aſſumēdo eam: in qua manifeſtet ſenſibus [Joh.j] hominū: ſicut verbū dei caro factū eſt: aſſumendo eam in qua ⁊ ipm̄ manifeſtaret ſenſib⁹ hominū. Et ſicut verbū noſtrū fit vox [Ibi.ē] nec mutatur in vocē: ita verbum dei caro quidē factū eſt: ſed abſit vt mutaret in carnem. Aſſumēdo quippe illam nō in eam ſe cōſumendo: ⁊ hoc noſtrū vox fit: ⁊ illud caro factuꝫ eſt. Quapropter quicunqꝫ cupit ad qualēcūqꝫ ſimilitudinē dei verbi: quis per multa diſſimilē peruenire: non intueat verbū noſtrū quod ſonat in auribus: nec qn̄ voce ꝓfertur: nec qn̄ ſilētio cogitatur. Omniū nāqꝫ ſonātiū verba linguarū etiā in ſilentio cogitantur: et carmina ꝑcurruntur animo: tacente ore corporis. Nec ſolū numeri ſyllabarū: verūetiaꝫ modi cantilenaꝝ cū ſint corporales: ⁊ ad eū qui vocat auditus ſenſum corporis ꝑtinentes: ꝑ incorporeas quaſdā imagines ſuas pſto ſūt cogitantibus: ⁊ tacite cuncta iſta voluentibus. Sed tranſcunda ſunt hec: vt ad illō ꝑueniatur hominis verbū ꝑ cuius qualēcūqꝫ ſimilitudinē ſicut in enigmate videatur vtcūqꝫ dei verbū. Nō illud qđ factum eſt ad illum vel ad illū ꝓphetam: ⁊ de quo [Act⁹.6] dictū eſt: Verbū autē dñi creſcebat ⁊ mul[Roma.10]tiplicabat: Et de quo iterū dictū eſt: Igit fides ex auditu: auditus autē per verbum [j.Theſſa.2] chriſti. Et iterū: Cum accepiſſetis a nobis verbū auditus dei: accepiſtis nō vt verbū hominū: ſed ſicut eſt vere verbū dei. Et innumerabilia ſimiliter in ſcripturis dicuntur de dei verbo: qđ in ſonis multaꝝ diuerſarūqꝫ linguarū per corda ⁊ ora diſſeminatur humana. Ideo autē verbum dei dicit: quia doctrina diuina traditur: non humana. Sed illud verbū dei querim⁹ qualitercūqꝫ per hanc ſimilitudinē nunc videre: de quo dictū eſt: Deus erat verbū: [Joh.j] de quo dictum eſt: Omnia ꝑ ipſum facta ſūt: [Ibidē] de quo dictū eſt: Verbū caro factū eſt: [Ibidē] de quo dictum eſt: Fons ſapientie verbum dei in excelſis. [Ecci.i] Perueniendū eſt ergo ad illud verbum hominis: ad verbum rationalis animātis: ad verbū nō de deo nate: ſed a deo facte imaginis dei: quod neqꝫ prolatiuum eſt in ſono: neqꝫ cogitatiuū in ſimilitudine ſoni: quod alicuius lingue eſſe neceſſe ſit: ſꝫ qꝫ omnia quibus ſignificatur ſigna: precedit: ⁊ gignitur de ſcientia que manet in animo: quando eadē ſcientia intus dicitur ſicuti eſt. ſimillima eſt eñ viſio cogitatōnis: viſioni ſcientie. Nam qn̄ per ſonū dicitur: vel ꝑ aliquod corpale ſignum: nō dicit ſicuti eſt: ſed ſicut poteſt videri audiri ve per corpus. Quādo ergo quod in noticia eſt: hoc eſt in verbo: tunc eſt verū verbū ⁊ veritas: qualis expectat ab homine: vt quod eſt in iſta. hoc ſit ⁊ in illo. qđ non eſt in iſta: non ſit et in illo. hic agnoſcitur: eſt eſt: non non. Sic accedit quantū poteſt iſta ſimilitudo imaginis facte ad illam ſimilitudinē imaginis nate: qua deus filius patri ꝑ omnia ſubſtātialit ſimilis ꝑdicatur. Animaduertenda eſt i hoc enigmate etiam iſta verbi dei ſimilitudo: qꝫ ſicut de illo verbo dictum eſt: Omnia ꝑ ipſum facta ſūt: [Joh.j] vbi de⁹ per vnigenitū verbum ſuum predicat vniuerſa feciſſe: Ita hominis opa nulla ſūt: q̄ non prius dicunt in corde. Unde ſcriptū eſt: Initium omnis operis verbum. [Ecci.37] Sed etiam hic cum verum verbum eſt: tunc eſt initium boni operis. Verum autem verbū eſt cum de ſcientia bene operādi gignitur: vt etiā ibi ſeruet: eſt eſt: non non: vt ſi eſt in ea ſcientia qua viuendum eſt: ſit et in verbo per quod operandū eſt. ſi non. nō. alioquin mendaciū erit verbum tale: nō veritas: ⁊ inde peccatū: non opus rectum. Eſt ⁊ hec in iſta ſimilitudine verbi noſtri ſimilitudo verbi dei: quia poteſt eſſe verbū noſtrum quod non ſequat opus: opus auteꝫ eſſe non poteſt: niſi precedat verbum. Sic et verbum dei potuit eſſe nulla exiſtēte creatura. Creatura vō nulla eſſe poteſt niſi ꝑ ipſum per quod facta ſunt omnia. [Joh.j] Ideoqꝫ non deus pater: non ſpiritusſanctus: non

Joh.j ipa trinitas: ſed ſolus filiꝰ qđ eſt verbũ dei
caro factũ eſt: Quis trinitate faciẽte: vt ſe-
quẽte atq̃ imitãte verbo noſtro: eius exẽ-
plum recte viueremus: hoc eſt nullũ habẽ-
tes in verbi noſtri vel contemplatione vel
opatione mendaciũ. Verũ hec huius ima-
ginis eſt quãdoq̃ futura pfectio. Ad hãc
conſequẽdã nos erudit magiſter bonus fi-
2.Cor.3 de xpiana: pietatiſq̃ doctrina: vt reuelata
facie: a legis velamine qđ eſt vmbra futu-
rorũ: gloriã dñi ſpeculantes: p ſpeculũ ſcȝ
intuentes in eandẽ imaginẽ trãſſormemur
de gloria in gloriam tanq̃ a dñi ſpiritu: ſm
ſupiorem de his verbis diſputationẽ. Cũ
ergo hac tranſſormatiõe ad pfectum fuerit
j.Joh.3 hec imago renouata: ſimiles deo erimus
quoniã videbimꝰ eũ: nõ p ſpeculum ſed ſi-
j.Cor.j3 cuti eſt: quod dicit apoſtolus paulus facie
ad faciẽ. Nunc v̊o in hoc ſpeculo: in hoc
enigmate: in hac qualicunq̃ ſimilitudine.
quãta ſit etiã diſſimilitudo: quis poteſt ex-
plicare: attingam tñ aliqua vt valeo: qui-
bus id poſſit aduerti.

Quãtum diſtent a vera et perfe-
cta ſimilitudine dei: que in natura
mentis vtcunq̃ deo ſimilia reperi-
untur. Capitulũ. xii.

PRimo ipa ſcientia de qua veraci-
ter cogitatio nr̃a formatur: quando
que ſcimꝰ loquimur. qualis aut q̃n-
ta poteſt homini puenire: quãlibet peritiſ-
ſimo atq̃ doctiſſimo. exceptis eñ q̃ in ani-
mum veniũt a ſenſibus corporis: in quibꝰ
tam multa aliter ſunt q̃ videntur: vt eorum
veriſimilitudine nimiũ cõſtipatus: ſanus
ſibi eſſe videatur qui inſanit. Unde acade-
mica philoſophia ſic inualuit: vt de omni-
bus dubitãs multo miſeriꝰ inſaniret. His
ergo exceptis que a corporis ſenſibꝰ in ani-
mũ veniunt: quantũ rerum remanet q̃ ita
ſciamus: ſicut nos viuere ſcimꝰ: in q̃ pror-
ſus nõ metuimꝰ: ne aliqua veriſimilitudi-
ne forte fallamur: quoniã certũ eſt etiã euȝ
qui fallitur viuere. Nec in eis viſis hec ha-
bentur: que obiiciuntur extrinſecus: vt in eo ſic
fallatur oculus: quẽadmodũ fallitur cũ i aqua
remus videtur infractus: ⁊ nauigantibꝰ tur-
res moueri: ⁊ alia ſexcenta que aliter ſũt q̃
videntur: quia nec per oculũ carnis hoc cer-
nitur. Intima ſcientia eſt qua nos viuere
ſcimus: vbi ne illud quidẽ academicus di-
cere põt: fortaſſe dormis ⁊ neſcis: ⁊ in ſom-
nis vides. Viſa quippe ſomniantiũ ſimilli-
ma eſſe viſis vigilantiũ quis ignorat: Sed
qui certus eſt de vite ſue ſcientia: nõ in ea
dicit: ſcio me vigilare: ſed ſcio me viuere:
ſiue ergo dormiat: ſiue vigilet: viuit. Nec i
ea ſcientia p ſomnia falli poteſt: q2 ⁊ dormi-
re: ⁊ in ſomnis videre: viuentis eſt. Nec il-
lud poteſt academicus aduerſus iſtam ſci-
entiã dicere: furis fortaſſis et neſcis: quia
ſanorũ viſis ſimillima ſunt etiã viſa furen-
tium: ſed qui furit viuit. Nec cõtra acade-
micos dicit: Scio me non furere: ſꝫ ſcio me
viuere. Nunq̃ ergo falli nec mẽtiri poteſt:
qui ſe viuere dixerit ſcire. Mille itaq̃ fal-
lacium viſorũ genera obiiciantur ei qui dic̃:
ſcio me viuere: nihil horuȝ timebit: quãdo
et qui fallitur viuit. Sed ſi talia ſola ptinent
ad humanã ſcientiam: per pauca ſunt niſi
q2 in vno quoq̃ genere ita multiplicantur vt
non ſolũ pauca nõ ſint: verũetiam reperi-
antur p infinitũ numerũ tendere. Qui enim
dicit: ſcio me viuere: vnum aliquid ſcire ſe
dicit. Proinde ſi dicat: ſcio me ſcire me vi-
uere: duo ſunt iaȝ. hoc v̊o qđ ſcit hec duo:
tertiũ ſcire eſt: ſic poteſt addere ⁊ quartũ et
quintũ: et innumerabilia ſi ſufficiat. Sed
quia innumerabilẽ numerũ vel cõphen-
dere ſingula addendo: vel dicere innume-
rabiliter nõ poteſt: hoc ipm certiſſime com-
phendit: ac dicit: ⁊ verũ hoc eſſe ⁊ tam in-
numerabile: vt vere eius infinitum nume-
rũ nõ poſſit comphendere ac dicere: hoc ⁊
in voluntate certa ſimiliter aduerti poteſt.
Quis eſt eñ cui nõ impudenter reſpõde-
atur: forte falleris: dicenti volo beatꝰ eſſe.
Et ſi dicat: ſcio me hoc velle: ⁊ hoc me ſci-
re ſcio: iam his duobus ⁊ tertiũ poteſt ad-
dere q̃ hec duo ſciat: et quartũ q̃ hec duo
ſcire ſe ſciat: et ſimiliter in infinitũ numerũ
pergere. Itеȝ ſi quiſpiã dicat: errare nolo:
nõne ſiue erret ſiue nõ erret: errare tñ eum
nolle verũ erit: Quis ẽ q̃ huic nõ impudẽ-
tiſſime dicat: forſitã falleris: cũ pfecto vbi-
cũq̃ fallatur. falli ſe tñ nolle nõ fallitur: Et ſi hoc
ſcire ſe dicat addit q̃ntũ vult rerũ numerũ
cognitarũ: et numerũ eſſe pſpicit infinitũ.
Qui eñ dicit: nolo me falli: ⁊ hoc me nolle
ſcio: ⁊ hoc me ſcire ſcio: iaȝ ⁊ ſi nõ cõmoda
locutiõe põt hinc infinitũ numerũ oſtẽde-
re. Et alia reperiuntur q̃ aduerſus academi-
cos valeãt: q̃ nihil ab homie ſciri poſſe cõ-
tendunt. Sed modus adhibendus eſt: p̃-
ſertim quia in opere iſto nõ hoc ſuſcepimꝰ.
Sunt inde libri tres noſtri: pmo noſtre cõ-
uerſionis tempore ſcripti: quos qui potue-
rit et voluerit legere: lectoſq̃ intellexerit:

nihil eū ꝑfecto que ab eis cōtra ꝑceptionē veritatis argumēta multa inuēta ſunt: permouebūt. Cum em̄ duo ſint genera rerum que ſciunt᷑: vnū earū que ꝑ ſenſus corporis ꝑcipit animus: alterū earū que ꝑ ſeipm̄ multa illi philoſophi garrierūt cōtra corporis ſenſus: animū aūt quaſdā firmiſſimas ꝑ ſeipm̄ ꝑceptiones rerū verarū: quale illud eſt quod dixi: ſcio me viuere: nequaq̄ꝫ i dubium vocare potuerūt. Sed abſit a nobis vt ea que per ſenſus corporis didicim⁹ vera eſſe dubitemus: ꝑ eos quippe didicim⁹ celū ꝛ terrā: ꝛ ea q̄ i eis nota ſūt nobis: q̄ntum ille qui ꝛ nos ꝛ ip̄a condidit: inoteſcere nobis voluit. Abſit etiā vt ſcire nos negemus que teſtimonio didicimus aliorū: alioquin eſſe neſcimus oceanū. Neſcimus eſſe terras atq̄ꝫ vrbes quas celeberrima fama cōmendat. Neſcimus fuiſſe homīes et opera eorum que hiſtorica lectione didicimus. Neſcimus que quotidie vndecunq̄ꝫ nunciant᷑: ꝛ indicijs conſonis conteſtantibuſq̄ꝫ firmant᷑. Poſtremo neſcimus i quibus locis vel ex quibus hominibus fuerimus exorti: q2 hec omnia teſtimonijs credidimus aliorū. Qđ ſi abſurdiſſimū eſt dicere: nō ſolum noſtrorū: verū etiā et aliorū corporū ſenſus plurimū addidiſſe noſtre ſcientie confitendū eſt. Hec igit᷑ omnia et que per ſeipm̄: ꝛ que ꝑ ſenſus ſui corporis ꝛ que teſtimonijs aliorū ꝑcepta ſcit anim⁹ human⁹: theſauro memorie condita tenet: ex quibus gignit᷑ verbū verum: q̄n qđ ſcimus loquimur: ſed verbū ante omnē ſonū ante omnē cogitationē ſoni. Tūc enim eſt verbū ſimillimū rei note de q̄ gignit᷑ ꝛ imago ei⁹: quoniā de viſione ſcientie viſio cogitatōnis exorit᷑: qđ ē verbū lingue nulli⁹: verbū verū de re vera: nihil de ſuo habēs: ſed totū de illa ſcientia de qua naſcit᷑. Nec intereſt q̄n id didicerit: qui qđ ſcit loquit᷑. aliquando enim ſtatim vt diſcit hoc dicit: dum tamen verbū ſit verū: id eſt de rebus notis exortum.

De ſcientia dei patris cui nihil cuiuſq̄ꝫ creature indicijs conferat᷑. Capitulū. XIII.

Sed nūquid deus pater de quo natum eſt verbum de deo deus: nūquid ergo deus pater in ea ſapientia quod eſt ipſe ſibi: alia didicit ꝑ ſenſum corpis ſui: alia ꝑ ſeipm̄? Quis hoc dicat: qui nō animal rationale: ſed ſupra animā rationalem deum cogitat: quātum ab eis cogitari poteſt qui eum omnibus animalibus ꝛ omnib⁹ animis p̄ferunt: q̄uis ꝑ ſpeculum et in enigmate coniĳciēdo videant: nōdum facie ad faciem ſicuti eſt? Nūquid deus pater ea ipſa que nō ꝑ corpus: quod eſt ei nullū: ſed per ſeipſum ſcit: aliunde ab aliquo didicit: aut nuncijs vel teſtibus vt ea ſciret indiguit? Non vtiq̄ꝫ: Ad omnia quippe ſcienda que ſcit: ſufficit ſibi illa perfectio. Habet quidē nuncios: id eſt angelos: non tamē qui ei que neſcit annūcient (nō em̄ ſunt vlla que neſciat) ſed bonū eorum eſt de operib⁹ ſuis eius cōſulere veritatem: ꝛ hoc eſt q̄ꝫ ei dicunt᷑ nōnulla nūciare: nō vt ip̄e ab eis diſcat: ſed vt ab illo ipſi per verbū eius ſine corporali ſono: nunciant etiā quod voluerit ab eo miſſi ad quos voluerit: totum ab illo ꝑ verbū eius audientes: id eſt in eius veritate inuenītes q̄d ſibi faciendum: quid: quibus: ꝛ quādo nūciandum ſit. Nā ꝛ nos oramus eum: nec tamē neceſſitates noſtras docemus eum. Nouit enim (ait verbū eius) pater veſter quid vobis neceſſariū ſit priuſq̄ꝫ petatis ab eo. Math. 6 Nec iſta ex aliquo tempore cognouit vt noſſet: ſed futura omnia temporalia atq̄ꝫ in eis etiam quid: ꝛ quādo ab illo petituri fueramus: ꝛ quos et de quibus rebus vel exauditurus vel nō exauditurus eſſet: ſine initio ante p̄ſciuit. Uniuerſas autem creaturas ſuas ꝛ ſpiritales et corporales: nō q2 ſūt ideo nouit: ſed ideo ſūt q2 nouit. Nō em̄ neſciuit q̄ fuerat creatur⁹. Quia ḡ ſciuit creauit: non quia creauit ſciuit. Nec aliter ea ſciuit creata: q̄ꝫ creanda. Non em̄ eius ſapientie aliquid acceſſit ex eis: ſed illis exiſtentibus ſicut oportebat ꝛ q̄n oportebat: illa mānſit vt erat. Ita et ſcriptū eſt in libro eccleſiaſtico. Ecc̄i. 23 Anteq̄ꝫ crearent᷑ omnia nota ſunt illi. Sic ꝛ poſtq̄ꝫ cōſūmata ſunt. Sic inquit nō aliter: et anteq̄ꝫ crearent᷑: et poſtq̄ꝫ ꝯſummata ſunt: ſic ei nota ſunt. Lōge eſt ergo huic ſcientie: ſciētia noſtra diſſimilis. Que aūt ſcientia dei eſt: ipſa et ſapientia: et que ſapiētia: ip̄a eſſentia ſiue ſbſtantia. Quia in illius nature ſimplicitate mirabili: nō eſt aliud ſapere q̄ꝫ eſſe: ſed qđ eſt ſapere: hoc eſt ꝛ eſſe: ſicut ꝛ in ſuperioribus libris ſepe iam dixim⁹. Noſtra v̄o ſcientia in rebus plurimis ꝓpterea et amiſſibilis eſt ꝛ receptibilis: quia nō hoc eſt nobis eſſe qđ ſcire vel ſapere: quoniā eſſe poſſumus: etiā ſi neſciamus: neq̄ꝫ ſapiam⁹ ea que aliunde didicim⁹. Propter hoc ſicut

noſtra ſciētia illi ſciētie dei: ſic et noſtrum
verbū qđ naſcit̄ de noſtra ſciētia diſſimile
eſt illi verbo dei: qđ natū eſt đ patris eſſen
tia. Tale eſt autē ac ſi dicerē: de patris ſci-
entia: de patris ſapiētia: vl̄ qđ ē expꝛeſſius:
de patre ſciētia: de patre ſapientia.

De ſimilitudīe et equalitate pa-
tris dei et vnigeniti eius conſub-
ſtantialis ⁊ coeterni.

Capitulum xiiii.

Verbū ergo dei patris vnigenitus
dei fili⁹: per omnia patri ſimilis ⁊
equalis: deus de deo: lumē de lu-
mine: ſapiētia de ſapiētia: eſſentia de eſſen-
tia: eſt hoc omnino qđ pater: nō tamen pa
ter: q2 iſte filius: ille pater. Ac ꝑ hoc nouit
omnia que nouit pater: ſed ei noſſe de pa-
tre eſt ſicut eē. Noſſe eñ ⁊ eſſe illi vnū eſt.
Et ideo patri ſicut eſſe nō eſt a filio: ita nec
noſſe. Proinde tanq̄ ſeipſuꝫ dicēs: pater
genuit verbū ſibi equale ꝑ omnia. Nō eñ
ſeipm̄ integre ꝑfecteq̄ dixiſſet: ſi aliq̄d mi-
nus: aut amplius eſſet in eius verbo q̄ in
ipſo. Ibi ſūme illud agnoſcitur: eſt eſt: nō
nō. ⁊ ideo verbū h̄ vere veritas eſt: quoniā
quicquid eſt in ea ſcientia de qua genitum
eſt: ⁊ in ipſo eſt. Qđ aūt in ea nō eſt: nec in
ip̄o eſt. Et falſum habere aliquid hoc ver-
bū nunq̄ poteſt: quia imutabiliter ſic ſe ha
Job. 5 bet vt ſe habet de quo eſt. Nō eñ poteſt fi
lius a ſeip̄o facere quicquā: niſi qđ viderit
patrē faciētē. potenter hoc non poteſt: nec
eſt infirmitas iſta: ſed firmitas qua falſa eē
nō poteſt veritas. Nouit itaq̄ omnia de⁹
pater in ſeip̄o: nouit in filio. Sed in ſeipſo
tanq̄ ſeipſum: in filio tanq̄ verbū ſuū qđ
eſt de his omnib⁹ que ſunt i ſeip̄o. Omnia
ſimiliter nouit ⁊ filius: in ſe ſcilicet tanq̄ ea
que nata ſūt: đ his que pat̄ nouit in ſeip̄o.
In patre aūt tanq̄ ea de quibus nata ſūt:
que ip̄e filius nouit in ſeip̄o. Sciunt ergo
inuicē pater ⁊ filius: ſed ille gignendo: ille
naſcēdo. Et omnia que ſūt in eoꝝ ſcientia
in eoꝝ ſapientia: in eoꝝ eſſentia: vnuſquiſ-
q̄ eorum ſimul videt: nō ꝑticulatī: aut ſin-
gilatim velut alternante ꝯſpectu: hinc il-
luc: ⁊ inde huc. ⁊ rurſus inde vel inde i ali-
ud atq̄ aliud: vt aliqua videre non poſſit
niſi non videns alia: ſ; vt dixi ſimul omīa
videt: quoꝝ nullū eſt quod nō ſemꝑ videt.
Verbū aūt noſtrū illud qđ nō habet ſonū
neq̄ cogitationē ſoni: ſed eius rei quā vi-
dendo intus dicim⁹: ⁊ ideo nullius lingue
eſt: atq̄ inde vtcūq̄ ſimile ē: i hoc enigma
te illi verbo dei qđ etiā de⁹ eſt: quoniā ſic ⁊
hoc de noſtra naſcitur: quēadmodum ⁊ il-
lud de ſcientia patris natū eſt. Noſtrū er-
go tale verbū qđ inuenim⁹ eſſe vtcūq̄ illi
ſimile quātū ſit etiā diſſimile: ſicut a nobis
dici potuerit: non pigeat intueri.

Q diſſimile ſit verbum noſtrum
mutabile a verbo dei icōmutabi-
li et eterno.

Capitulum. xv.

Nunquid verbū noſtrū de ſola ſci-
entia nr̄a naſcit̄? Nōne m̄lta di-
cim⁹ etiā q̄ neſcim⁹? Nec dubitan
tes ea dicim⁹: ſ; vera eē arbitrātes: que for
te ſi vera ſūt: in ip̄is reb⁹ de q̇bus loquimur
nō in v̇bo nr̄o v̇a ſūt: q2 verbū verū nō eſt
niſi qđ de re que ſcit̄ gignit̄. Falſuꝫ eſt ergo
iſto modo verbum noſtrum: non cum mē-
timur: ſed cum fallimur. Cum autem dubi
tamus: nondū eſt verbum de re de qua du
bitamus: ſed de ipſa dubitatione verbum
eſt. Quamuis enī non nouerimus an ve-
rum ſit vnde dubitamus: tamen dubitare
nos nouimus: ac per hoc cū hoc dicim⁹
verum verbum eſt: quoniam quod noui-
mus dicimus. Quid q̄ etiam mētiri poſ-
ſumus? Quod cum facimus: vtiq̄ volē-
tes et ſcientes falſum verbum habemus.
vbi verum verbum eſt: mentiri nos. hoc
eñ ſcimus. Et cum mentitos nos eſſe con
fitemur: verum dicimus. quod ſcimus eñ
dicimus. Scimus namq̄ nos eſſe menti-
tos. Verbum autem illud quod eſt deus
et potentius eſt nobis: hoc non pōt. Non
enim poteſt facere quicquam: niſi quod vi
derit patrem facientem. et non a ſeipſo lo-
q̇tur: ſed a patre illi eſt omne quod loquit̄:
cū ip̄m pat̄ vnice loquit̄: ⁊ magna illi⁹ v̇bi
potētia ē: nō poſſe mētiri: q2 nō pōt eē illic
ē: ⁊ nō: ſ; eſt eſt: nō nō. Atēm nec v̇bū di-
cēdū eſt: qđ verū nō eſt. Sit ita: libēs aſſen
tior. Quid cū verū ē v̇bū nr̄m: ⁊ iđo recte
verbū vocat̄: nūquid ſicut dici pōt vl̄ vi-
ſio de viſiōe: vl̄ ſciētia de ſciētia: ita dici po
teſt eēntia đ eēntia: ſic illđ dei verbū maxie
dr̄ maxieq̄ dicēdū ē. Quid itaq̄: q2 nō h̄
eſt nobis eſſe qđ eſt noſſe. Multa q̇ppe no
uim⁹ q̄ ꝑ memoriā quodāmodo viuūt: ita
⁊ obliuiōe quodāmodo moriunt̄. atq̄ iđo
cū illa iā nō ſint in noticia noſtra: nos tñ ſu
mus. Et cū ſciētia nr̄a animo lapſa ꝑierit a
nobis: nos tñ viuim⁹. Illa etiā que ita ſci-
unt̄ vt nunq̄ excidere poſſint: qm̄ p̄ſentia

ſunt: et ad ipſius animi naturā ptinent: vt eſt illud quod nos viuere ſcimus. Manet eni hoc q̄diu animus manet: ⁊ quia ſemp manet anim⁹: et hoc ſemp manet. Id ergo ⁊ ſi qua reperiunt̄ ſimilia: in quibus imago dei potius intuēda eſt: etiam ſi ſemp ſciuntur: tamē q̄ non ſemp etiā cogitant̄: quomō de his dicat̄ verbum ſempiternū: cum verbū noſtrū noſtra cogitatione dicatur: inuenire difficile eſt. Sempiternū eſt enim animo viuere: ſempiternum eſt ſcire qđ viuit: nec tamē ſempiternū eſt cogitare vitā ſuā: vel cogitare ſcientiā vite ſue: quoniā cū aliud atq̄ aliud cepit: hoc deſinet cogitare: q̄uis non deſinat ſcire. Ex quo fit vt ſi pōt eſſe in aīo aliqua ſciētia ſempiterna: ⁊ ſempiterna eſſe nō pōt eiuſdē ſciētie cogitatio: et verbū verū noſtrū intimū niſi nr̄a cogitatiōe nō dicit̄: ſolus de⁹ intelligat̄ habere v̄bū ſempiternū ſibiq̄ coeternū. Niſi forte dicendū eſt ipam poſſibilitatē cogitationis: q̄m id qđ ſcit̄ etiā q̄n nō cogitat̄: poteſt tn̄ veraciter cogitari verbū eſſe tā ppetuū: q̄ ſcientia ipa ppetua eſt. Sed quō eſt verbū qđ nōdū in cogitatiōis viſione formatū eſt? Quō erit ſimile ſciētie d̄ qua naſcit̄ ſi ei⁹ nō habet formā: ⁊ ideo iam vocat̄ verbū q̄ pōt habere? Tale eſt em̄ ac ſi p h̄ dicat̄: ideo iam vocandū eſſe verbū: q̄ poteſt eſſe verbū. Sed quid eſt q̄ pōt eſſe verbū: ⁊ ideo iā dignū eſt verbi noīe? Quid ē inquā hoc formabile nōdumq̄ formatū: niſi quiddā mentis noſtre qđ hac atq̄ hac volubili quadā motione iactam⁹: cū a nobis nūc hoc: nūc illud ſicut inuentū fuerit vel occurrerit cogitat̄? Et tūc fit verū verbū q̄n illud qđ nos diximus volubili motione iactare ad id qđ ſcim⁹ puenerit: atq̄ inde format̄ ei⁹ omimodā ſimilitudinē capiens: vt quō res queq̄ ſcit̄: ſic etiā cogitet̄: ſine voce: ſine vocis cogitatiōe: que pfecto alicui⁹ lingue eſt: ſi i corde dicat̄. Ac p hoc etiā ſi cōcedam⁹ ne de ptrouerſia vocabuli laborare videamur: iam vocandū eſſe verbū quiddā illud mētis noſtre qđ de noſtra ſcientia formari poteſt etiā priuſq̄ formatū ſit: quia iam vt ita dicā formabile eſt: quis nō videat: quāta hic ſit diſſimilitudo ab illo dei verbo quod in forma dei ſic eſt: vt nō ante fuerit formabile priuſq̄ formatum: nec aliquādo eſſe poſſit informe: ſed ſit forma ſimplex et ſimpliciter equalis ei de quo eſt: et cui mirabiliter coeterna eſt.

An volubilitas cogitationis in deo eſſe credenda ſit.

Capitulū. xvi.

Quapropter ita dicit̄ illud dei verbum vt dei cogitatio nō dicat̄: ne aliquid eſſe quaſi volubile credat̄ in deo: qđ nūc accipiat: nunc recipiat formā vt verbū ſit: eamq̄ poſſit amittere atq̄ informiter quodāmodo volutari. Bene quippe nouerat verba et vim cogitationis inſpexerat locutor egregius qui dixit i carmine: ſecūq̄ volutat euētus belli varios: id eſt cogitat. Non ergo ille dei filius cogitatio dei: ſed verbum dei dicit̄. Cogitatio quippe noſtra pueniens ad id quod ſcim⁹ atq̄ inde formata verbū noſtrū verū eſt. Et ideo verbū dei ſine cogitatōne dei debet intelligi: vt forma ipſa ſimplex intelligatur: nō habens aliquid formabile quod eſſe etiā poſſit informe. Dicunt̄ quidē etiā in ſcripturis ſanctis cogitationes dei: ſed eo locutionis modo: quo ibi et obliuio dei dicit̄: que vtiq̄ ad pprietatem in deo nulla eſt. Quobrem cum tanta ſit nunc in iſto enigmate diſſimilitudo dei et verbi dei: in qua tamē nōnulla ſimilitudo cōperta eſt: illud quoq̄ fatendū eſt: qđ etiā cum ſimiles ei erimus quādo videbimus eum ſicuti eſt: qđ vtiq̄ qui dixit: hanc pculdubio q̄ nūc eſt diſſimilitudinē attendit: nec tūc nature illius erimus equales. j. Joh. 3 Semp em̄ natura minor eſt faciēte que facta eſt. Et tūc quidē verbum noſtrū nō erit falſum: quia neq̄ mentiemur: neq̄ fallemur. Fortaſſis etiā volubiles non erūt noſtre cogitatiōes ab alijs in alias euntes ⁊ redeūtes: ſed omnē ſcientiā noſtrā vno ſimul cōſpectu videbim⁹. Tn̄ cū ⁊ h̄ fuerit: ſi ⁊ h̄ fuerit formata erit creatura q̄ formabilis fuit vt nihil iā deſit eius forme: ad quā puenire deberet. Sʒ tn̄ coequāda nō erit illi ſimplicitati vbi nō formabile aliq̄d formatū vel reformatū eſt: ſed forma neq̄ informis: neq̄ formata ipa ibi eterna ē imutabiliſq̄ ſubſtātia.

De ſpirituſancto qui patri ac filio equalis accipit̄: et vtriuſq̄ ſpiritus dicitur: et caritatis nomine intelligitur cum quelibet in trinitate perſona ſit caritas.

Capitulū. xvii.

Satis de patre ⁊ filio ⁊ quātum per hoc ſpeculū atq̄ in hoc enigmate videre potuimus locuti ſumus: nūc de ſpirituſancto quantū deo donante

videre conceditꝛ differendū eſt: qui ſpiritꝰ-
ſanctus ſm ſcripturas ſanctas nec patris
ſolus eſt: nec filij ſolꝰ: ſed amborū: ꝛ ideo
cōmunē qua inuicem ſe diligunt pater ꝛ fi
lius: nobis inſinuat caritatem. Ut autem
nos exerceret ſermo diuinꝰ: nō res in ꝓm-
ptu ſitas: ſed in abdito ſcrutādas: ꝛ ex ab-
dito eruendas: maiore ſtudio fecit inqui-
ri. Non itaqꝫ dixit ſcriptura: ſpūſſanctus
caritas eſt: quod ſi dixiſſet: nō paruā par-
tem queſtionis iſtius abſtuliſſet: ſed dixit:
I. Joh. 4 deus caritas eſt: vt incertū ſit: ꝛ ideo requi
rendū: vtrū deus pater ſit caritas: an deus
filius: an deus ſpiritusſanctꝰ: an deus ipſa
trinitas. Necqꝫ enī dicturi ſumus: nō pro-
pterea deum dictū eſſe caritatem qđ ipſa
caritas nulla ſit ſubſtantia: que dei digna
ſit nomine: ſed ꝙ donū dei ſit: ſicut dictum
Ps. 70 eſt deo: Quoniā tu es patiētia mea. Necqꝫ
enī ꝓpterea dictum eſt: quia dei ſubſtan-
tia eſt noſtra patiētia: ſed ꝙ ab ipſo: nobis
Ps. 61 eſt: ſicut alibi legitꝛ: quoniā ab ipſo patien-
tia mea. Hūc q̄ppe ſenſū facile refellit ſcri-
Ps. 70 pturarū ip̄a locutio. Tale eſt enī: tu es pa-
Ibidem tiētia mea: quale eſt: dñe ſpes mea: ꝛ deus
Ps. 58 meꝰ miſericordia mea: ꝛ multa ſimilia. Nō
eſt aūt dictū: dñe caritas mea: aut tu es ca
ritas mea: aut tu deꝰ caritas mea: ſꝫ ita di-
I. Joh. 4 ctum eſt: deus caritas eſt: ſicut dictum eſt:
Joh. 4 deus ſpiritꝰ eſt. Hoc qui nō diſcernit intel
lectum a dño: non expoſitionē querat a no
bis. Non enī apertius quicq̄ poſſumꝰ di-
I. Joh. 4 cere: Deus ergo caritas eſt. Utrū aūt pa-
ter: an filius: an ſpiritusſanctꝰ: an ip̄a trini-
tas: quia et ip̄a nō tres dij ſed vnus deus:
hic queritur. Sed iam in hoc libro ſuperiꝰ
diſputaui: non ſic accipiendam eſſe trinita
tem que deus eſt: ex illis tribus que ī trini-
tate noſtre mentis oſtendimꝰ: vt tanq̄ me-
moria ſit omniū trium pater: et intelligētia
omniū trium filius: ꝛ caritas omniū trium
ſpiritusſanctus: Quaſi pater nec intelligat
ſibi nec diligat: ſed ei filius intelligat: ꝛ ſpi-
ritusſanctus ei diligat. ip̄e autem ſibi ꝛ illis
tātum meminerit. Et filius nec meminerit
nec diligat ſibi: ſed meminerit ei pater: ꝛ di
ligat ei ſpūſſanctꝰ: ip̄e aūt ꝛ ſibi ꝛ illis tan-
tūmodo diligat. Itēqꝫ ſpiritusſanctus nec
meminerit nec intelligat ſibi: ſed meminc-
rit ei pater: ꝛ intelligat ei filꝰ. ip̄e aūt et ſibi
ꝛ illis nō niſi diligat. Sed ſic potius vt om
nia tria: ꝛ omnes et ſinguli habeant in ſua
quiſqꝫ natura. Nec diſtent ī eis iſta: ſicut ī
nobis aliud eſt memoria: aliud eſt intelli-
gentia: aliud dilectio ſiue caritas: ſed vnū
aliquid ſit quod omnia valeat: ſicut ſapiē-
tia: ꝛ ſic habeatur in vniuſcuiuſqꝫ natura:
vt qui habet: hoc ſit quod habet: ſicut imu
tabilis ſimplexqꝫ ſubſtātia. Si ergo hec in
tellecta ſunt: ꝛ quantū nobis in rebus tan-
tis videre ꝛ coniectare conceſſum eſt: vera
eſſe claruerunt: neſcio cur nō ſicut ſapiētia
ꝛ pater dicitur: ꝛ filius ꝛ ſpiritusſanctus: et
ſimul omnes non tres: ſed vna ſapientia:
ita ꝛ caritas ꝛ pater dicatur ꝛ filius: ꝛ ſpiri
tusſanctus: ꝛ ſimul omēs vna caritas. Sic
enim ꝛ pater deus: ꝛ filius deus: ꝛ ſpiritus-
ſanctus deus: et ſimul omnes vnus deus.
Et tamē non fruſtra in hac trinitate nō di-
citur verbū dei niſi filius: nec donū dei ni-
ſi ſpūſſanctus: nec de quo genitum eſt ver-
bum: nec de quo ꝓcedit principaliter ſpi-
ritusſanctus niſi deus pater. Ideo autem
addidi principaliter: qꝛ et de filio ſpiritus-
ſanctus procedere reperitꝛ. Sed hoc quo-
qꝫ illi pater dedit: non iam exiſtenti ꝛ non-
dum habenti: ſed quicquid vnigenito ver
bo dedit: gignendo dedit. Sic ergo eū ge-
nuit: vt etiam de illo donum cōmune pro-
cederet: ꝛ ſpiritusſanctus: ſpiritus eſſet am
borum. Non eſt igitur accipiēda trāſeun-
ter: ſed diligenter intuenda inſeꝑabilis tri-
nitatis iſta diſtinctio. Hinc enim factū eſt
vt proprie dei verbum etiam dei ſapientia
diceretur: cum ſit ſapientia et pater et ſpiri
tusſanctus. Si ergo proprie aliquid borū
trium caritas nuncupanda eſt: quid apti-
us q̄ vt hoc ſit ſpiritusſanctus: vt ſcilicet ī
illa trinitatis ſimplici ſummaqꝫ natura: nō
ſit aliud ſubſtantia: et aliud caritas: ſꝫ ſub-
ſtantia ipſa ſit caritas: et caritas ip̄a ſit ſub
ſtantia: ſiue in patre: ſiue in ſpiritusancto:
et tamen proprie ſpiritusſanctus caritas
nuncupetꝛ. Sicut legis nomine aliquando
ſimul omnia veteris inſtrumenti ſanctarū
ſcripturarum ſignificantꝛ eloquia. Nam ex
propheta Eſaia teſtimoniū ponens apo-
ſtolus vbi ait: In alijs linguis et alijs la- j. Cor. 14
bijs loquar populo huic: p̄miſit tamē in le
ge ſcriptum eſt. Et ipſe dominus ī lege in-
quit eorum ſcriptum eſt: quia oderunt me Ps. 34
gratis: cum hoc legatur in pſalmo. Aliqñ
autē proprie vocatur lex que data eſt per
Moyſen: ſcđm quod dictū eſt. Lex et pro- Math. 11
phete vſqꝫ ad Johannē: et in his duobus Ibidē. 22
preceptis tota lex pendet ꝛ prophete. Hic
vtiqꝫ proprie lex appellata eſt: de mon-
te Syna: Prophetarum autem nomine

etiā pſalmi ſignificati ſunt: ⁊ tamen alio lo-
Luc. 24 co ipē ſaluator: Oportebat inquit impleri
omnia que ſcripta ſunt ī lege et ꝓphetis et
pſalmis d̄ me. Hic rurſus ꝓphetarū nomē
exceptis pſalmis intelligi voluit. Dicitur
ergo lex vniuerſaliter cum ꝓphetis ⁊ pſal-
mis: dicit̄ et ꝓprie que ꝑ moyſen data eſt.
Item dicūtur cōmuniter ꝓphete ſimul cū
pſalmis: dicunt̄ et ꝓprie p̄ter pſalmos. Et
multis alijs exemplis doceri pn̄t multarū
rerū vocabula: ⁊ vniuerſaliter poni: ⁊ pro-
prie quibuſdā reb⁹ adhiberi: niſi in re aper
ta vitanda ſit longitudo ſermonis. Hec iō
dixi: ne quiſq̄ ꝓpterea nos incōuenienter
exiſtimet caritatē appellare ſpiritū ſanctum:
quia ⁊ deus pater ⁊ deus filius poteſt cari
tas nuncupari. Sicut ergo vnicū dei ver-
bum ꝓprie vocam⁹ noīe ſapiētie: cū ſit vni
uerſaliter ⁊ ſpūſſanctus ⁊ pater ipſe ſapiē-
tia: ita ſpūſſanctus ꝓprie nuncupat̄ voca-
bulo caritatis: cū ſit vniuerſaliter caritas ⁊
pater ⁊ filius. Sed dei verbū: id eſt vnige-
nitus dei filius aperte dictus eſt dei ſapiē-
j. Cor. j tia: ore apoſtolico vbi ait: chriſtū dei virtu
tem ⁊ dei ſapientiā. Spūs aūt ſanctus vbi
ſit dictus caritas inuenimus: ſi diligenter
Iohānis apoſtoli ſcrutemur eloquiū. Qui
j. Ioh. 4 cum dixiſſet: dilectiſſimi diligam⁹ inuicem
quia dilectio ex deo eſt: ſecutus adiunxit.
Ibidē Et omnis qui diligit ex deo natus eſt. Qui
nō diligit nō cognouit deū: quia deus dile
ctio eſt. Hic manifeſtauit eā ſe dixiſſe dile-
ctionem deū: quā dixit ex deo. Deus ergo
ex deo eſt dilectio. Sed quia ⁊ filius ex deo
patre natus eſt: ⁊ ſpiritusſanctus ex deo pa
tre ꝓcedit: quē potius eoꝝ hic debeamus
accipe dictū eſſe dilectionē deū: merito q̄-
ritur: pater em̄ ſolus ita deus eſt: vt non ſit
ex deo: ac ꝑ hec dilectio que ita deus eſt:
vt ex deo ſit: aut filius eſt: aut ſpūſſanctus.
Sed in conſequētibus cum dei dilectionē
Ibidē cōmemoraſſet: nō qua nos eū: ſed qua ipē
dilexit nos: et miſit filiū ſuū liberatorē pro
peccatis noſtris: ⁊ hinc exhortat⁹ eſſet vt ⁊
nos inuicē diligam⁹: atq̄ ita ī nobis deus
maneat: quia vtiq̄ dilectionē deū dixerat:
ſtatim volēs de hac re apertius aliq̄d elo-
Ibidē qui. In hoc inquit cognoſcim⁹ qꝛ ī ipō ma
nemus et ipſe in nobis: quia de ſpiritu ſuo
dedit nobis. Spirit⁹ itaq̄ ſanct⁹ de quo de
dit nobis: facit nos in deo manere ⁊ ipſum
in nobis: hec aūt facit dilectio. Ipſe ē igit̄
deus dilectio. Deniq̄ paulopoſt cum hoc
Ibidē ipm repetiſſet atq̄ dixiſſet: de⁹ dilectio eſt:
cōtinuo ſubiecit: ⁊ qui manet in dilectione Ibidē
in deo manet: ⁊ deus manet in eo. Vn̄ ſu-
pra dixerat: In hoc cognoſcimus quia in Vbi. ſ
ipſo manemus ⁊ ipē in nobis: qꝛ de ſpiritu
ſuo dedit nobis. Ipē ergo ſignificat̄ vbi le
gitur: deus dilectio eſt. Deus igit̄ ſpūſſan
ctus qui ꝓcedit ex deo: cū datus fuerit ho
mini: accēdit eū ī dilectionē dei ⁊ ꝓximi: ⁊
ipē dilectio eſt. Nō em̄ habet homo vnde
deū diligat: niſi ex deo. Propt̄ qđ paulo-
poſt dic̄. Nos diligam⁹: qꝛ ipſe ṗor dilexit Ibidē
nos. Aplus quoq̄ paul⁹: Dilectio inquit Roma. 5
dei diffuſa eſt in cordibus noſtris: ꝑ ſpiritū
ſanctū qui datus eſt nobis.

De excellentia caritatis que ita ex deo eſt vt ipſa ſit deus. Capitulū. XVIII.

Nullū eſt iſto dei dono excellenti⁹.
Solū eſt qđ diuidit inter filios re-
gni eterni: ⁊ filios ꝑditiōis eterne.
Dant̄ ⁊ alia ꝑ ſpiritū ſctm̄ munera: ſed ſine
caritate nihil ꝓſunt. Niſi ergo tātū imper
tiat̄ cuiq̄ ſpūſſanctus: vt eū dei ⁊ ꝓximi fa
ciat amatorē: a ſiniſtra n̄ trāſfert̄ ad dextrā.
Nec ſpirit⁹ ꝓprie dicit̄ donū niſi ꝓpter di
lectionē. Quā qui nō habuerit: ſi linguis j. Cor. j3
hominū loquat̄ ⁊ angeloꝝ: ſonās eramen-
tū eſt: ⁊ cymbalū tinniēs. Et ſi habuerit ꝓ-
phetiā: ⁊ ſcierit oīa ſacramēta: ⁊ om̄ez ſciē-
tiā: ⁊ ſi habuerit omnē fidem: ita vt mōtes
trāſferat: nihil ē. Et ſi diſtribuerit omnem
ſubſtantiā ſuā: ⁊ ſi tradiderit corp⁹ ſuum vt
ardeat: nihil ei ꝓdeſt. Quātū ḡ bonū ē: ſi-
ne q̊ ad eternā vitā neminē bona tāta ꝑdu
cunt. Ipā v̊o dilectio ſiue caritas (nā vni⁹
rei eſt vtrūq̄ nomē) ſi habeat eā q̇ nō loq̄-
tur linguiſ: nec hab3 ꝓphetiā: nec oīa ſcit ſa
cramēta: omnēq̄ ſciētiā: nec diſtribuit oīa
ſua paupib⁹. vl̄ nō habēdo qđ diſtribuat:
vl̄ aliqua nccītate ꝓhibitus: nec tradit cor
pus ſuū vt ardeat: ſi talis paſſiōis nulla tē
ptatio ē: ꝑducit ad regnū: ita vt ipam fidē
non faciat vtilem niſi caritas. Sine carita
te quippe fides poteſt quidem eſſe: ſed non
⁊ ꝓdeſſe. Propt̄ quod et apoſtolus pau-
lus: In chriſto inquit ieſu neq̄ circūciſio: Gal. 5
neq̄ p̄pucium aliquid valet: ſed fides que
per dilectionē opatur. Sic eam diſcernens
ab ea fide: qua ⁊ demones credunt ⁊ cōtre- Iaco. 2
miſcunt. Dilectio igitur que ex deo ē ⁊ de⁹
eſt: ꝓprie ſpiritusſanct⁹ ē: ꝑ quē diffundit̄
ī cordib⁹ nr̄is dei caritas: ꝑ quā nos tota ī-
habitat trinitas. Quocirca rectiſſime ſpūſ-

ſanctus cũ ſit deus: vocat̃ etiã donum dei.
Quod donũ ꝓprie quid niſi caritas intel
ligẽda eſt: que ꝑducit ad deum: ⁊ ſine qua
quodlibet aliud donum dei nõ ꝑducit ad
eum.

¶ Qua ratione donum dei dicat̃ ſpiritusſanctus. ¶ Ca. xix.

AN ⁊ hoc ꝓbandũ eſt: dei donũ di
ctũ eſſe in ſacris litteris ſpiritũ ſan
ctũ. Si et hoc expectat̃: habemus
in euãgelio ſcḋm Johannẽ: dñi Jeſu chriſti
Joh. 7 verba dicẽtis: Si q̃s ſitit: veniat ad me et
bibat: Qui credit in me ſicut dicit ſcriptu-
ra: flumina de ventre eius fluẽt aque viue.
Ibidẽ Porro euãgeliſta ſecutus adiunxit: Hoc
aũt dixit de ſpiritu quẽ accepturi erãt cre-
dentes in eum. Vñ dicit etiã paulꝰ apl̃us:
j. Cor. jo Et omnes vnũ ſpiritũ potauimus. Utruꝫ
autẽ donũ dei ſit appellata aqua iſta: qḋ et
ſpiritusſanctꝰ: hoc queritur. Sed ſicut hic
inuenimus hanc aquã ſpiritũ ſanctũ eſſe:
ita inuenimus alibi in ipo euangelio: hanc
aquã donũ dei appellatã. Nam dñs idem
qñ cum muliere ſamaritana ad puteuꝫ lo-
Joh. 4 quebat̃: cui dixerat: Da mihi bibere: cum
illa dixiſſet ꝙ iudei nõ coutunt̃ ſamarita-
nis: reſpõdit Jeſus ⁊ dixit ei: Si ſcires do-
nũ dei: ⁊ quis eſt qui dicit tibi: da mihi bi-
bere: tu forſitan petiſſes ab eo: ⁊ dediſſet ti
bi aquã viuã. Dixit ei mulier: Dñe neq; i
quo haurias habes: ⁊ puteus altus eſt: vñ
ergo habes aquã viuã: ⁊c̃. Reſpõdit Je-
ſus: ⁊ dixit ei: Omnis q̃ biberit ex hac aq̃:
ſitiet iterũ: Qui aũt biberit ex aqua quam
ego dabo ei: nõ ſitiet in eternũ: ſed aq̃ quã
ego dabo ei: fiet in eo fons aque ſalientis i
vitã eternã. Quia ergo hec aqua viua: ſicͭ
euãgeliſta expoſuit: ſpiritus eſt ſanctꝰ: pro
culdubio ſpiritus donum dei eſt. De quo
Ubi. ſ. hic dominꝰ ait: Si ſcires donũ dei: et quis
eſt qui dicit tibi: da mihi bibere: tu forſitan
petiſſes ab eo ⁊ dediſſet tibi aquam viuã.
Joh. 7 Nam qḋ ibi ait: Flumina de ventre eius
Ibidẽ. 4 fluent aque viue: hoc iſto loco: Fiet in eo
inquit fons aque ſalientis in vitaꝫ eternã.
Ephe. 4 Paulus quoq; apl̃us: Unicuiq; inq̇t no-
ſtrum data eſt gratia ſcḋm menſurã dona-
tionis chriſti. Atq; vt donationem chriſti
ſpiritũ ſanctũ oſtẽderet: ſecutus adiunxit:
Ibidem Propter qḋ dic̃: Aſcẽdit i altũ captiuauit
captiuitatẽ: dedit dona hoibꝫ. Notiſſimũ
eſt aũt dñm Jeſum cũ poſt reſurrectionẽ a
mortuis aſcẽdiſſet i celũ: dediſſe ſpiritũ ſan
ctum: quo impleti qui crediderũt: linguis

oĩm gentiũ loquebant̃. Nec moueat quod
ait dona ñ donũ. Id eñ teſtimoniũ ex pſal
mo poſuit. Hoc aũt in pſalmo ita legitur:
Aſcendiſti in altũ: captiuaſti captiuitatẽ: Ps. 67
accepiſti dona i hominibꝰ. Sic eñ plures
codices habent: ⁊ maxie greci: ⁊ ex hebreo
ſic interp̃tatũ habemus. Dona itaq; dixit Ephe. 4
apl̃s: queadmodũ ꝓpheta: nõ donũ. Sed Ps. 67
cũ ꝓpheta dixerit: accepiſti in hominibus:
apl̃s maluit dicere: dedit dona hominibꝰ: Ephe. 4
vt ex vtroq;: ſcꝫ verbo vno ꝓphetico: apo
ſtolico altero: qꝛ in vtroq; eſt diuini ſermo
nis auctoritas: ſenſus pleniſſimꝰ redderet̃.
Utrũq; eñ verũ eſt: ⁊ qꝛ dedit hominibꝰ:
⁊ qꝛ accepit in homibꝰ. Dedit hominibus
tanq; caput mẽbris ſuis. Accepit in homi
nibus idem ipe vtiq; in mẽbris ſuis: ꝓpter
q̃ mẽbra ſua clamauit de celo: Saule ſaule Act. 9
quid me ꝑſequeris: Et quibꝰ mẽbris ſuis
ait: Qḋ vni ex minimis meis feciſtis: mihi Math. 25
feciſtis. Ipſe ergo xp̃s: et dedit de celo: et
accepit in terra. Porro aũt dona ob h̃ am
bo dixerũt: ⁊ ꝓpheta ⁊ apl̃us: quia ꝑ donũ
quod eſt ſpũſſanctus: in cõmune oibꝰ mẽ-
bris chriſti multa dona que ſunt quibuſq;
ꝓpria diuidunt̃. Nõ eñ ſinguli quiq; ha-
bẽt omnia: ſed hi illa: ⁊ alij alia: q̃uis ipm
donũ a quo cuiq; ꝓpria diuidunt̃ oẽs ha-
beant: id eſt ſpiritũ ſanctũ. Nã ⁊ alibi cum
multa dona cõmemoraſſet: Omnia inquit j. Cor. j2
hec operat̃ vnꝰ atq; idẽ ſpiritus: diuidens
ꝓpria vnicuiq; ꝓut vult. Quod verbũ et
in epiſtola q̃ ad hebreos ẽ inuenit̃: vbi ſcri
ptũ eſt: Atteſtãte deo ſignis ⁊ oſtẽtis ⁊ va- Heb. 2
rijs virtutibꝰ: ⁊ ſpiritusſancti diffinitiõibꝰ.
Et hic cũ dixiſſet: Aſcẽdit in altũ captiua- Ephe. 4
uit captiuitatẽ: dedit dona hominibꝰ. Qꝛ Ibidẽ
autem aſcendit ait: quid eſt niſi quia ⁊ de-
ſcendit in inferiores ꝑtes terre: Qui deſcẽ-
dit ipſe eſt ⁊ qui aſcendit ſuꝑ omnes celos
vt adimpleret omnia. Et ipſe dedit quoſ-
dam quidẽ apl̃os: quoſdã autẽ ꝓphetas:
quoſdam v̊o euangeliſtas: quoſdam autẽ
paſtores ⁊ doctores. Ecce quare dicta ſũt
omnia dona: quia ſicut alibi dicit: Nunq̇d j. Cor. j2
omnes apoſtoli: nũquid omes prophete:
⁊c̃. Hic auteꝫ adiunxit: Ad cõſummatio- Ephe. 4
nem ſanctorũ in opus miniſterij: in edifi-
cationem corporis chriſti: Hec eſt domus
que ſicut pſalmꝰ canit: edificat̃ poſt capti-
uitatẽ: quoniã qui ſunt a diabolo eruti: a q̊
captiui tenebant̃: de his edificat̃ domus
chriſti: que domꝰ appellat̃ eccl̃ia. Hãc aũt
captiuitatẽ ipſe captiuauit: qui diabolum

vicit. Et ne illa q̄ futura erãt ſancti capitis
mẽbra in eternū ſuppliciū ſecū traheret: eū
iuſticie prius: deinde potẽtie vinculis alli-
gauit. Ipſe itaq̃ diabolus eſt appellata ca-
Pſ. 67 ptiuitas: quē captiuauit qui aſcēdit i altū
ꝛ dedit dona homib⁹: vel accepit in homi
nib⁹. Petrus aūt aplus ſicut i eo libro ca-
nonico legit̃: vbi ſcripti ſūt act⁹ aploꝝ: lo-
quēs de chriſto: cōmotis corde iudeis ꝛ di
Act. 2 cētib⁹: Quid ergo faciem⁹ fratres mōſtra-
Ibidē te nobis: dixit ad eos: Agite penitētie ꝛ ba
ptizet̃ vnuſquiſq̃ veſtrū in noie Jeſu chri
ſti in remiſſionē pctōꝝ: et accipietis donū
ſpirituſſancti. Itēq̃ in eodē libro legit̃: ſi-
monē magū apoſtolis dare voluiſſe pecu-
niā: vt ab eis acciperet poteſtatē q̄ p im-
poſitionē man⁹ eius daret̃ ſpirituſſanctus.
Act. 8 Cui petr⁹ idē: Pecunia inq̄t tua tecū ſit in
pditioē: q̄ donū dei eſtimaſti te p pecunias
poſſidere. Et alio eiuſdē libri loco: cum pe
trus cornelio ꝛ eis qui cū eo fuerant loque
ret̃: annūciās ꝛ pdicās chriſtū: ait ſcriptu-
Ibidē. 10 ra. Adhuc loquēte Petro verba hec: ceci
dit ſpirituſſanct⁹ ſup oēs qui audiebãt ver
bū: ꝛ obſtupuerūt qui ex circūciſione fide-
les ſimul cū petro venerāt: q̄ ꝛ in natiōes
donū ſpirituſſancti effuſum eſt. Audiebãt
eñ illos loquētes linguis: ꝛ magnificātes
deū: de quo facto ſuo q̄ icircūciſos bapti-
zauerat: quia p̄uſq̃ baptizarent̃: vt nodū
queſtiōis hui⁹ auferret: in eos venerat ſpi-
tuſſanct⁹. Cū petrus poſtea redderet rati-
onē fratribus qui erāt hieroſolymis: ꝛ hac
Ibidē. 11 re audita mouebant̃: ait poſt cetera. Cum
cepiſſē aūt loq̄ ad illos: cecidit ſpūſſanct⁹
in illos ſicͣ ꝛ in nos i initio. Memoratuſq̃
ſum verbi dñi ſicut dicebat: q̄ Johannes
quidē baptizauit aqua: vos aūt baptizabi
Ibidē mini ſpirituſancto. Si igit̃ equale donū de
dit illis: ſicͣ ꝛ nobis qui credidim⁹ in domi-
num Jeſum chriſtū: ego q̄s erā qui poſſem
phibere deū nō dare illis ſpiritū ſanctū? Et
multa alia ſunt teſtimonia ſcripturaꝝ: que
concorditer atteſtant̃ donū dei eſſe ſpiritū
ſanctū: in quantū dat̃ eis qui p eū diligūt
deum. Sed nimis longū eſt cūcta collige-
re: ꝛ quid eis ſatis eſt: quibus hec que dixi
mus ſatis non ſunt? Sane aūt monēdi ſūt
quādo quidē donū dei iam vident dictum
ſpiritū ſanctū: vt cū audiunt donū ſpiritus
ſancti: illō gen⁹ locutiōis agnoſcāt: qđ di-
ctū eſt i expoliatiōe corpis carnis. Sicͣ eñ
corp⁹ carnis nihil ē aliud q̄ caro: ſic donū
ſpūſſancti: nihil eſt aliud q̄ ſpūſſanct⁹. In

tantū q̄ donū dei eſt: inquantū dat̃ eis qui
bus dat̃. Apud ſe aūt deus eſt ꝛ ſi nemini
detur: quia deus erat patri ꝛ filio coetern⁹
anteq̃ cuiq̃ daret̃. Nec quia illi dant ipſe
datur: ideo minor eſt illis. Ita enim ſicut
donū dei datur: etiā ſeipſum dat de⁹. Nō
enim dici poteſt non eſſe ſue poteſtatis: de
quo dictū eſt: Spiritus vbi vult ſpirat. Et Joh. 3
illud aplicū quod iam ſupra cōmemora-
ui: Omnia hec opatur vnus atq̃ idem ſpi i. Cor. 12
ritus: diuidēs ppria vnicuiq̃ prout vult.
Non eſt illic conditio dati: ꝛ dñatio dan-
tiū: ſed concordia dati ꝛ donantiū. Qua-
propt̃ ſi ſancta ſcriptura pclamat: Deus i. Joh. 4
caritas eſt: illa que ex deo eſt: ꝛ in nobis id
agit vt in deo maneam⁹: ꝛ ipſe in nobis: et
hoc inde cognoſcimus: quia de ſpiritu ſuo
dedit nobis: ipſe ſpiritus eius eſt: deus ca
ritas. Deinde ſi in donis dei nihil maius
eſt caritate: ꝛ nullū eſt maius donū dei q̄
ſpirituſſanctus: quid cōſequētius q̄ vt ipſe
ſit caritas: que dicit̃ ꝛ deus ꝛ ex deo? Et ſi
caritas qua pater diligit filium: ꝛ patrē di-
ligit filius: ineffabiliter cōmunionē demō-
ſtrat amboꝝ: quid conuenientius q̄ vt ille
dicatur caritas pprie: qui ſpiritus eſt com
munis ambob⁹? Hoc eñ ſanius creditur
vel intelligit̃: vt non ſolus ſpirituſſanctus
caritas ſit in illa trinitate: ſed nō fruſtra p-
prie caritas nuncupet̃: ppter illa que dicta
ſunt. Sicut nō ſolus eſt in illa trinitate: vel
ſpiritus vł ſanctus: quia ꝛ pater ſpiritus: ꝛ
filius ſpiritus: ꝛ pater ſanctus ꝛ filius ſan-
ctus: quod non ambigit pietas: ꝛ tamē iſte
nō fruſtra proprie dicitur ſpirituſſanctus.
Quia enim eſt cōmunis ambobus: id vo-
catur ipſe proprie quod ambo cōmuniter.
Alioquin ſi in illa trinitate ſol⁹ ſpirituſſan-
ctus eſt caritas: profecto ꝛ filius nō ſolius
patris: verūetiam ſpirituſſancti fili⁹ inue-
nitur. Ita enim locis innumerabilibus di-
citur ꝛ legitur: filius vnigenitus dei patris:
vt tamen ꝛ illud verū ſit quod apoſtol⁹ ait
de deo patre: Qui eruit nos dē poteſtate te Colo. 1
nebrarū: ꝛ tranſtulit in regnū filij caritatis
ſue. Non dixit: filij ſui: qđ ſi diceret: veriſſi
me diceret: quēadmodū q̄ ſepe dixit veriſ
ſime dixit: ſ3 ait: filij caritatis ſue. Fili⁹ q̄ eſt
etiā ſpirituſſancti: ſi nō eſt i illa trinitate ca
ritas: niſi ſpirituſſanct⁹. Quod ſi abſurdiſ
ſimum eſt: reſtat vt non ſolus ibi ſit caritas
ſpirituſſanctus: ſed propter illa de quibus
ſatis diſſerui proprie ſic vocet̃. Quod aūt
dictum eſt: Filij caritatis ſue: nihil aliud Ibi. 3

intelligat ꝙ filij sui dilecti: ꝙ filij sui poſtremo ſbſtãtie ſue. Caritas ꝗ ꝑe p̄ris q̄ in natura eius eſt ineffabiliter ſimplici: nihil eſt aliud ꝙ ei⁹ ipa natura atq̄ ſubſtãtia: vt ſepe iã diximus: ⁊ ſepe iterare non piget. Ac ꝑ hoc fili⁹ caritatis eius nullus eſt ali⁹: ꝙ q̄ de ſubſtãtia ei⁹ eſt genit⁹.

¶ Contra eos qui vnigenitum dei nõ paterne nature: ſed voluntatis filium eſſe dixerũt. ¶ Ca.xx.

Quocirca ridẽda eſt dialectica eunomij: a q̄ eunomiani heretici exorti ſũt. Qui cũ nõ potuiſſet intelligere: nec credere voluiſſet vnigenitũ dei verbũ ꝑ qḋ facta ſũt oĩa: filiũ dei eſſe natura: hoc eſt de ſubſtãtia patris genitũ: nõ nature vel ſubſtãtie ſue ſiue eſſentie dixit eſſe filiũ: ſ; filiũ volũtatꝫ dei: accidentẽ ſcʒ deo: volẽs aſſerere volũtatẽ qua gigneret filiũ: videlicet: q2 nos aliq̄d aliq̄n volum⁹ quod antea nõ volebam⁹: quaſi nõ ꝓpt̃ iſta mutabilis intelligat̃ nr̃a natura: qḋ abſit vt in deo eſſe credamus. Neq̄ eñ ob aliud ſcriptũ eſt: Multe cogitationes in corde viri: conſiliũ aũt dñi manet in eternũ: niſi vt intelligam⁹ ſiue credam⁹: ſicut eternũ deum: ita eternũ eius eſſe ꝯſiliũ: ac ꝑ hoc imutabile ſicut ipſe eſt. Qḋ aũt de cogitationib⁹: hoc etiã de voluntatib⁹ veriſſime dici põt. Multe volũtates i corde viri: volũtas aũt dñi manet i et̃nũ. Quidã ne filiũ cõſilij vł volũtatꝫ dei diceret vnigenitũ verbũ: ipm ꝯſiliũ ſeu volũtatẽ patris idẽ verbũ eſſe dixerunt. Sed meli⁹ quantũ eſtimo dicit̃ cõſiliũ de ꝯſilio: et volũtas de volũtate: ſicut ſubſtãtia de ſubſtãtia: ſapiẽtia de ſapiẽtia: ne abſurditate illa quã refellim⁹ fili⁹ dicat̃ patrẽ facere ſapientẽ vel volentẽ: ſi nõ habet pater in ſubſtãtia ſua conſiliũ vel volũtatẽ. Acute ſane quidã reſpondit heretico verſutiſſime interroganti: vtrũ deus filiũ volens an nolẽs genuerit: vt ſi diceret nolẽs: abſurdiſſima dei miſeria ſequeret̃. Si autẽ volẽs: ꝯtinuo qḋ intẽdebat velut invicta ratione ꝯcluderet: nõ nature eſſe filiũ: ſed volũtatis. At ille vigilantiſſime viciſſim q̄ſiuit ab eo: vtrũ de⁹ pater volens an nolens ſit deus: vt ſi reſpõderet nolẽs: ſequeretur illa miſeria quã ꝺ deo credere magna inſania eſt. Si aũt diceret volẽs: rñderet̃ ei: ergo ⁊ ipſe de⁹ eſt ſua voluntate: non natura. Quid ergo reſtabat niſi vt obmuteſceret: ⁊ ſua interrogatiõe obligatũ inſolubili vinculo ſe videret. Sed volũtas dei ſi ⁊ ꝓprie dicẽda eſt aliqua in trinitate ꝑſona: magis hoc nomẽ ſpirituiſancto competit: ſicut caritas. Nam quid eſt aliud caritas: ꝙ volũtas. Video me de ſpirituſancto in hoc libro ſꝫm ſcripturas ſanctas diſputaſſe: qḋ fidelibus ſufficit ſcientib⁹ deum eſſe ſpiritũ ſanctũ: nec alterius ſubſtantie: nec minorẽ ꝙ eſt pater ⁊ filius: qḋ in ſuperioribus libris ſcḋm eaſdẽ ſcripturas verũ etiã docuimus. De creatura etiã quam fecit deus quantũ valuimus admonuim⁹ eos qui rationẽ de rebus talibus poſcunt: vt inuiſibilia eius ꝑ ea que facta ſunt: ſicut poſſent intellecta cõſpicerent: ⁊ maxime ꝑ rationalẽ vł intellectualẽ creaturã: que facta eſt ad imaginẽ dei: per quã velut ꝑ ſpeculũ quãtũ poſſent ſi poſſent trinitatẽ cernerẽt deum: in noſtra memoria: intelligẽtia: voluntate. Que tria in ſua mente naturaliter diuinitus inſtituta quiſq̄s viuaciter ꝑſpicit: ⁊ ꝙ magnũ ſit i ea: vnde poteſt etiã ſempiterna imutabiliſq̄ natura recoli: conſpici: amplecti: cõcupiſci: reminiſcit̃ ꝑ memoriã: intuet̃ ꝑ intelligentiã: amplectit̃ ꝑ dilectionem: ꝑfecto reperit illius ſumme trinitatꝫ imaginẽ. Ad quã ſummã trinitatẽ reminiſcendã: videndam: diligendã: vt eam recordet̃: eam cõtemplet̃: ea delectet̃: totũ debet referre qḋ viuit. Verũ ne hãc imaginẽ ab eadẽ trinitate factã ⁊ ſuo vitio in deterius cõmutatã ita eidẽ trinitati oĩmodo exiſtimet ſimilẽ: ſ; potius in qualicũq̄ iſta ſilitudine: magnã quoq̄ diſſimilitudinẽ cernat: quantũ eſſe ſatis videbat̃ admonui.

¶ De ſimilitudinib⁹ trinitatis diuine que in natura mentis ad imaginem dei facte reperiri vtcũq̄ potuerũt. ¶ Capitulũ.XXI.

Ane deum patrẽ: et deũ filium: id eſt deum genitorẽ qui omnia que ſubſtãtialiter habet in coeterno ſibi verbo ſuo dixit quodãmodo: ⁊ ipm verbum eius deũ qui nec plus nec minus aliquid habet: etiam ipſe ſubſtantialiter ꝙ qḋ eſt in illo qui verbũ nõ mendaciter: ſed veraciter genuit: queadmodum potui: nõ vt illud iam facie ad faciem: ſed ꝑ hanc ſimilitudinẽ in enigmate quãtulũcũq̄ cõijciẽdo videret̃ in memoria ⁊ intelligentia mentis noſtre ſignificare curaui: memorie tribuẽs oĩe qḋ ſcim⁹: etiã ſi nõ inde cogitem⁹: intelligẽtie vo ꝓprio quodã modo cogitatiõis informationẽ. Cogitando eñ qḋ verũ inuenim⁹: hoc maxime intelligere di-

Marginal references: Job.j (beside "verbũ ꝑ qḋ facta ſũt oĩa"); Prouer.xix (beside "ptũ eſt: Multe cogitationes"); Roma.j (beside "rebus talibus poſcunt: vt inuiſibilia eius"); j.Cor.xiij (beside "illud iam facie ad faciem").

80

cimur: ⁊ hoc quidem in memoria rursus re
linquimꝰ. Sed illa ẽ abstrusior ꝓfunditas
nostre memorie: vbi hoc etiã primũ cũ co
gitaremus inuenimus. ⁊ gignit intimũ ver
bũ qđ nullius lingue sit: tanq̃ sciẽtia de sci
entia: ⁊ visio de visione: et intelligẽtia que
apparet in cogitatione de intelligentia que
i memoria iã fuerat sed latebat: q̃q̃ ⁊ ipsa
cogitatio quandã suã memoriã nisi habe
ret: nõ reuerteret ad ea que in memoria re
liquerat: cũ alia cogitaret. De spiritu autẽ
sancto nihil i hoc enigmate qđ ei simile vi
deret ostendi: nisi volũtatẽ nostrã vł amo
rem: seu dilectionẽ que valentior est volũ
tas: qm̃ volũtas nostra que nobis natura
liter inest: sicut ei res adiacuerint vł occur
rerint quibꝰ allicimur aut offendimur: ita
varias affectiões habet. Quid g̃ est? Nũ
quid dicturi sumus voluntatẽ nostrã: qñ
recta est nescire quid appetat: quid euitet?
Porro si scit: ꝑfecto inest ei sua quedã sci
entia: que sine memoria ⁊ intelligentia esse
nõ possit. An vo audiendus est quispiam
i. Cor. 13 dicens: Caritatẽ nescire quid agat: que nõ
agit perperã? Sicut ergo inest intelligẽtia:
inest dilectio illi memorie ꝑncipali in qua
inuenimꝰ paratũ ⁊ reconditũ ad qđ cogi
tando possumꝰ peruenire: quia et duo ista
inuenimus ibi: quãdo nos cogitãdo inue
nimus et intelligere aliq̃d et amare que ibi
erant: ⁊ quãdo inde nõ cogitabamus: ⁊ si
cut inest memoria: inest dilectio huic intel
ligẽtie q̃ cogitatione format: qđ verbũ ve
rũ sine vllius gentis lingua intus dicimꝰ:
qñ qđ nouimus dicimꝰ: nã nisi reminiscen
do nõ redit ad aliquid: ⁊ nisi amãdo redi
re nõ curat nostre cogitationis intuitꝰ: ita
dilectio q̃ visionẽ in memoria constitutã: ⁊
visionẽ cogitatiõis inde formatã quasi pa
rentẽ prolẽq̃ cõiungit: nisi haberet appetẽ
di scientiã: q̃ sine memoria ⁊ intelligẽtia nõ
põt esse: q̃d recte diligeret ignoraret.

Tria que sunt in imagine dei: id est memoria intellectꝰ et amor vnius esse ꝑsone: q2 hoc non est ei esse qđ hec habere. Capitulũ. XXII.

Verum hec quãdo in vna sunt ꝑso
na: sicut est homo: põt nobis quis
piã dicere. Tria ista memoria: in
tellectus ⁊ amor: mea sunt nõ sua: nec sibi
nec mihi agũt qđ agunt: imo ego per illa.
Ego eñ me memini ꝑ memoriã: intelligo
ꝑ intelligentiã: amo ꝑ amorẽ: et quãdo ad
memoriã meã aciẽ cogitationis aduerto:
ac sic in corde meo dico qđ scio: verbũq̃
verũ de sciẽtia mea gignit: vtrũq̃ meũ est:
⁊ sciẽtia vtiq̃ ⁊ verbũ. Ego eñ scio: ego di
co in meo corde qđ scio: et qñ in memoria
mea cogitãdo iuenio: iã me intelligere: iã
me amare aliq̃d q̃ intellectꝰ ⁊ amor ibi erãt:
⁊ añq̃ inde cogitarẽ: intellectũ meũ ⁊ amo
rem meũ inuenio i memoria mea: quo ego
intelligo: ego amo nõ ipa. Item quãdo co
gitatio mea memor est: ⁊ vult redire ad ea
que i memoria liquerat: eaq̃ intellecta cõ
spicere: atq̃ intꝰ dicere mea memoria me
mor est: ⁊ mea vult voluntate nõ sua. Ipe
quoq̃ amor meus cũ meminit atq̃ intelli
git quid appetere debeat: quid vitare: per
meã non ꝑ suam memoriã meminit: ⁊ ꝑ in
telligentiã meã non ꝑ suam quicquid intel
ligenter amat intelligit. Qđ breuiter dici
põt. Ego ꝑ oĩa tria illa memini: ego intelli
go: ego diligo: q̃ nec memoria sum: nec in
telligẽtia: nec dilectio: sed hec habeo. Ista
ergo dici possunt ab vna ꝑsona que habet
hec tria: nõ ipa est hec tria. In illiꝰ vo sum
me simplicitate nature que deus est: q̃uis
vnus sit deꝰ: tres tñ ꝑsone sunt: pater ⁊ filiꝰ
⁊ spũssanctꝰ. Aliud ẽ itaq̃ trinitas res ipa:
aliud imago trinitatis in re alia: ꝓpter quã
imaginẽ sil ⁊ illud in q̃ sunt hec tria imago
dicit: sicut imago dicit simul ⁊ tabula ⁊ qđ
in ea pictũ ẽ: ꝓpter picturã q̃ in ea ẽ: simul
⁊ tabula noĩe imaginis appellat.

Q vera in dei trinitate vnitas ⁊ q̃ vera in eiusdem vnitate sit trinitas. Capitulũ. XXIII.

Verũ i illa sũma trinitate q̃ incõpa
bilit rebꝰ oĩbꝰ añcellit: tãta ẽ inse
ꝑabilitas: vt cũ trinitas hoĩm nõ
possit dici vnꝰ hõ: in illa vnꝰ deus et dicat
⁊ sit: nec i vno deo sit illa trinitas: ƀ vnꝰ deꝰ.
Nec rursus queadmodũ ista imago qđ est
hõ habẽs illa tria vna ꝑsona ẽ: ita illa ẽ tri
nitas: ƀ tres ꝑsone sunt: prĩ filij: ⁊ filiꝰ prĩs: ⁊
spũs prĩs ⁊ filij. Quis eñ memoria hoĩs:
⁊ maxime illa quã pecora nõ habẽt: id est
qua res intelligibiles ita cõtinentur vt nõ
in eã per sensus corporis venerint: habeat
ꝓ modulo suo in hac imagine trinitatis in
compabiliter quidẽ imparẽ: sed tamẽ qua
lemcũq̃ similitudinẽ prĩs. Itẽq̃ intelligẽ
tia hominis que ꝑ intentionẽ cogitationis
inde format: quãdo qđ scitur dicit: ⁊ nul
liꝰ lingue cordis verbũ ẽ: habeat i sua ma
gna disparilitate nõnullã similitudinẽ filij

⁊ amoꝛ hominis ꝺ ſciētia ꝓcedēs: ⁊ memo
riā intelligētiāq; ꝯiungēs: tamēq; paréti ꝓ
liq; cōis: vñ nec parēs intelligit̃ eſſe: nec ꝓ
les habeat in hac imagine aliquā licet val
de imparē ſimilitudinē ſpūſſancti: non ta
mē ſicut in iſta imagine trinitatis: non hec
tria vnus homo: ſed vnꝰ hoīs ſunt: ita i
ip̄a ſumma trinitate cuiꝰ hec imago ē: vniꝰ
dei ſunt illa tria: ſed vnꝰ deus eſt: ⁊ tres ſūt
ille nō vna ꝑſona. Qꝺ ſane mirabiliter in
effabile eſt: vel ineffabiliter mirabile cuꝫ ſit
vna ꝑſona hec imago trinitatis: ip̄a v̓o ſū
ma trinitas tres ꝑſone ſint: inſeꝑabilioꝛ eſt
illa trinitas ꝑſonarū triū: q̄ꝫ hec vnꝰ. Illa
quippe in natura diuinitatꝭ ſiue id meliꝰ di
cat̃ deitatis qꝺ eſt: hoc eſt atq; incōmuta
biliter inter ſe ac ſemꝑ equalis eſt. Nec ali
quādo nō fuit aut aliter fuit: nec aliqñ non
erit: aut aliter erit. Iſta v̓o tria que ſunt in
impari imagine: et ſi nō locis qm̄ non ſunt
coꝛpoꝛa: tamē int̃ ſe nūc ī iſta vita magni
tudinibꝰ ſeparant̃. Neq; enim quia moles
nulle ibi ſūt: ideo nō videmꝰ in alio maio
rē eſſe memoꝛiā q̄ꝫ intelligētiā. In alio aūt
ecōtra: ī alio duo hec amoꝛꝭ magnitudine
ſuꝑari: ſiue ſint ip̄a duo inter ſe eq̄lia ſiue ñ
ſint: atq; ita a ſinglꝭis bina: ⁊ a binis ſinglꝭa:
⁊ a ſingulis ſinglꝭa: a maioꝛibꝰ minoꝛa vin
cunt̃: ⁊ qñ inter ſe equalia fuerint ab omni
languoꝛe ſanata: nec tūc equabit̃ rei natu
ra imutabili: ea res q̄ per gratiā nō mutabi
tur: qꝛ nō equat̃ creatura creatoꝛi: etiā qñ
ab omni lāguoꝛe ſanabit̃. Sꝫ hanc nō ſolū
īcoꝛꝑalē: verūetiā ſūme inſeꝑabilē vereq;
j. Cor. 13 imutabilē trinitatē: cū venerit viſio q̄ facie
ad faciem repꝛomittit̃ nobis m̄lto clarius
certiuſq; videbimꝰ: q̄ꝫ nunc eius imaginē:
qꝺ nos ſumus: ꝑ qꝺ tñ ſpeculū ⁊ ī quo eni
gmate qui vident ſicut in hac vita videre
cōceſſum eſt: nō illi ſunt qui ea que digeſſi
mus ⁊ cōmendauimꝰ in ſua mente conſpi
ciunt: ſꝫ illi qui eā tanq̄ꝫ imaginē vident: vt
poſſint ad eū cuius imago eſt quomōcūq;
referre qꝺ vident ⁊ per imaginē quā cōſpi
ciēdo vidēt etiā illud videre coniiciendo:
Ibidem quoniā nondū poſſunt facie ad faciē. Nō
em̄ ait ap̄lus: videmus nunc ſpeculū: ſed
videmꝰ nunc per ſpeculum.

De his que natura mētis ſubti liter intuent̃: ⁊ eā imaginē dei eſſe nō ſentiūt. Ca. XXIIII

Qui ergo vident ſuā mentē quō vi
deri pōt: et in ea trinitatē iſtam de q̄
multis modis vt potui diſputaui:
nec tamē eam credunt vel intelligunt eſſe
imagineꝫ dei: ſpeculum quidē vident: ſed
vſq; adeo nō vident ꝑ ſpeculū eū q̄ ē ꝑ ſpe
culū nunc videndus: vt nec ip̄m ſpeculuꝫ
quod vident ſciant eſſe ſpeculū: id eſt ima
ginē. Quod ſi ſcirent foꝛtaſſis ⁊ euꝫ cuius
eſt hoc ſpeculū: per hoc querendū: ⁊ ꝑ hoc
vtcūq; interim videndū eſſe ſentirent: fide
non ficta coꝛda mundante vt facie ad faci
em poſſit videri: qui per ſpeculū nūc vide
tur. Quia fide coꝛdium mundatrice con
tēpta: quid agūt intelligendo q̄ de natura
mētis hūane ſubtiliſſime diſputant̃: niſi vt
ip̄a q̊ꝫ intelligentia ſua teſte damnet̃: In q̄
vtiq; nō laboꝛarēt: ⁊ vix ad certū aliq̄d ꝑ
uenirēt: niſi penalibus tenebꝛis inuoluti et
onerati coꝛpoꝛe coꝛruptibili qꝺ aggrauat Sap. 9
aīaꝫ. Quo tandē merito inflicto malo iſto
niſi pcti: Vñ tāti mali magnitudine admo
niti: ſequi deberent agnū qui tollit peccata
mundi.

Q̄ beatos faciet fides recta etiā eos qui de naturis incoꝛpoꝛeis ne queunt diſputare. Ca. XXV

Ad eum nāq; ꝑtinentes etiā longe
iſtis ingenio tardioꝛes: qñ fine hu
ius vite reſoluūtur a coꝛꝑe: ius in
eis retinendis nō habēt inuide poteſtates
Quas ille agnꝰ ſine vllo ob eis pcti debito
occiſus: nō potētia poteſtatis pꝛiuſq; iuſti
cia ſanguinis vicit. Pꝛoinde liberi a dia
boli ꝑtāte ſuſcipiunt̃ ab angelis ſc̄tis a ma
lis omibꝰ liberati: ꝑ mediatoꝛē dei et hoim j. Thi. 2
hominē ieſum xp̄m: qm̄ cōſonantibꝰ diui
nis ſcp̄turis: ⁊ veteribꝰ ⁊ nouiſq;: ⁊ ꝑ quas
p̄nunciatus: ⁊ ꝑ quas annunciatꝰ eſt xp̄s:
nō eſt aliud nomē ſub celo: in quo opoꝛtet Act. 4
hoīes ſaluos fieri. Cōſtituūtur aūt purga
ti ab omni ꝯtagione coꝛruptiōis: in placi
dis ſedibꝰ: donec recipiāt coꝛꝑa ſua: ſꝫ iam
incoꝛruptibilia que oꝛnēt nō onerēt. Hoc
em̄ placuit optimo et ſapiētiſſimo creatoꝛi
vt ſp̄us hoīs deo pie ſubditꝰ: habeat felici
ter ſubditū coꝛpꝰ: ⁊ ſine fine ꝑmaneat ip̄ſa
felicitas. Ibi veritatē ſine vlla difficultate
videbimꝰ: eaq; clariſſima ⁊ certiſſima ꝑfru
emur. Nec aliq̄d q̄remus mente ratiocinā
te ſed contēplante cernemus quare non ſit
filius ſpirituſſanctus: cū de patre ꝓcedat.
In illa luce: nulla erit queſtio: hic v̓o ip̄ſa
experientia tā mihi apparuit eſſe difficilis:
qꝺ ⁊ illis q̄ h̓ diligent̃ atq; intelligent̃ legēt
ꝓculdubio ſit̃ apparebit: vt cū me in ſc̄do
huiꝰ opis libꝛo alio loco inde dicturū eē ꝓ

m

miſerim: quotiẽſcũq͡ʒ in ea creatura q̄ nos
ſum⁹ aliq̄d illi rei ſiĩe oñdere volui: q̄lecũ-
q͡ʒ eloquiũ meũ ſufficiẽs elocutio ſecuta nõ
fuerit: Quis ꝛ i ipo intellectu conatũ me ſẽ
ſerim mag̃ habuiſſe q̄ effectũ: ꝛ i vna q̄dẽ
ꝑſona qđ eſt hõ iueniſſe imaginẽ ſũme illi⁹
trinitat̃: ꝛ i re mutabili tria illa vt facili⁹ in-
telligi poſſent: etiã ꝑ tꝑalia infualla maxĩe
i libro nono mõſtrare voluiſſe. Sʒ tria vni⁹
ꝑſone nõ ſic hũana poſcit intẽtio: trib⁹ illis
ꝑſonis cõuenire potuerũt: ſic in hoc libro
q̄nto decimo demõſtrauim⁹.

Interualla tẽpoꝝ diuine trinitatis nulla ſunt. Ca. XXVI

DEinde i illa ſũma trinitate q̄ de⁹ eſt
interualla tẽpoꝝ nlla ſũt: ꝑ q̄ poſ-
ſit oñdi aut ſaltẽ req̄ri: vtrũ ꝑus de
patre nat⁹ ſit fili⁹: ꝛ poſtea de ambob⁹ pro-
ceſſerit ſpũſſanct⁹: qm̃ ſcptura ſancta ſpm̃
eum dicit amboꝝ. Ipe ẽ em̃ de q̄ dic̃ apl's:
Gal. 4 Qm̃ em̃ eſtis filij dei miſit de⁹ ſpm̃ filij ſui i
corda vr̃a. Et ipe ẽ de quo dicit idẽ filius:
Math. 10 Nõ.n. vos eſt̃ q̄ loq̄mini: ſʒ ſpũs pr̃is vr̃i q̄
loquit̃ in vobis. Et multis alijs diuinoꝝ
eloquioꝝ teſtimonijs cõprobat̃ patris et
filij eſſe ſpiritũ: q̄ ꝓrie dicit̃ in trinitate ſpi
Ioh. 15 rituſſanct⁹. De q̄ itẽ dic̃ ipe fili⁹: Quẽ ego
Ibidẽ. 14 mittã vobis a pr̃e. Et alio loco: Quẽ mit-
Ibidẽ. 15 tet pater in nomĩe meo. De vtroq͡ʒ aũt ꝓ-
cedere ſic docet̃: q2 ipe fili⁹ ait: de pr̃e ꝓce-
dit: Et cũ reſurrexiſſet a mortuis ꝛ apparu-
Ibidem. 20 iſſet diſcipulis ſuis: inſufflauit ꝛ ait: Acci-
pite ſpiritũ ſanctũ: vt eũ etiã de ſe ꝓcedere
oſtẽderet. Et ipa eſt virtus q̄ de ipo exibat
Luc. 6 (ſic legit̃ i euãgelio) et ſanabat oẽs. Quid
vo fuit cauſe vt poſt reſurrectionẽ ſuã: ꝛ in
terra prius daret: ꝛ de celo poſtea mitteret
ſpiritũ ſanctũ: hoc ego exiſtimo: q2 per ipm̃
donũ diffundit̃ caritas in cordibus noſtr̃:
Math. 22 qua diligimus deũ et proximũ: ſcd̃m duo
illa ꝓcepta: in quibus tota lex pendet ꝛ ꝓ-
phete. Hoc ſignificãs domin⁹ Jeſus: bis
dedit ſpiritũ ſanctũ: ſemel in terra propter
dilectionẽ proximi: ꝛ iterũ de celo propter
dilectionem dei. Et ſi forte alia ratio red-
datur de ſpirituſancto bis dato: eundem
Ioh. 20 ſpiritũ ſanctũ datum: cũ inſufflaſſet ieſus:
Math. 28 de quo mox ait: Ite baptizate gentes i no-
mine patris ꝛ filij et ſpirituſſancti: vbi ma-
xime cõmendat̃ hec trinitas ambigere nõ
debemus. Ipſe eſt igitur qui de celo etiam
datus eſt die pentecoſtes: id eſt poſt dies
decem poſtq͡ʒ dominus aſcendit in celum.
Quõ ergo deus non eſt qui dat ſpiritũ ſan

ctũ? Immo quãtus deus eſt qui dat deũ.
Neq͡ʒ enim aliquis diſcipuloꝝ eius dedit
ſpiritũ ſanctũ. Orabant quippe vt veniret Act. 8
in eos quibus manũ imponebant: non ipi
eum dabant. Quem morẽ in ſuis ꝑpoſitis
etiam nũc ſeruat eccleſia. Deniq͡ʒ ꝛ ſimon Ibidem
magus offerens apoſtolis pecuniã: nõ ait:
date et mihi hanc poteſtatẽ vt dem ſpiritũ
ſanctũ: ſed cuicũq͡ʒ inquit impoſuero ma-
nus: accipiat ſpiritũſanctum. Quia neq͡ʒ
ſcriptura ſuperius dixerat: videns autem Ibidẽ
ſimon q̄ apoſtoli darent ſpiritũſanctũ: ſed
dixerat: videns autẽ q̄ ꝑ impoſitionẽ ma-
nuũ apoſtoloꝝ daret̃ ſpirituſſanct⁹. Pro-
pter hoc ꝛ domin⁹ ipe ieſus ſpiritũ ſanctũ:
nõ ſolum dedit vt deus: ſed etiam accepit
vt homo: propterea dictus eſt plenus gra-
tia. Et manifeſtius de illo ſcriptũ eſt in acti
bus apoſtoloꝝ: Quoniã vnxit eũ de⁹ ſpi- Ibidem. 10
rituſancto. Non vtiq͡ʒ oleo viſibili: ſed do-
no gratie: quod viſibili ſignificat̃ vnguẽto
q̄ baptizatos vngit eccleſia. Nec ſane tũc
vnctus eſt chriſtus ſpirituſancto: quando Math. 3
ſup eum baptizatũ velut colũba deſcẽdit.
Tũc em̃ corpus ſuũ: id eſt eccleſiã ſuã ꝑfi-
gurare dignatus eſt: in q̄ ꝓcipue baptizati
accipiunt ſpiritũſanctũ. Sed iſta myſtica
ꝛ inuiſibili vnctione tũc intelligẽdus ẽ vn-
ctus: quãdo verbũ dei caro factũ eſt: id eſt Ioh. 1
quãdo humana natura ſine vllis ꝓcedẽti-
bus bonoꝝ operũ meritis dei verbo eſt in
vtero virginis copulata: ita vt cũ illo fieret
vna ꝑſona: ob hoc eni confitemur natũ de
ſpirituſancto: ꝛ virgine maria. Abſurdiſſi-
mũ eſt em̃ vt credam⁹ eum cũ iam triginta
eſſet annorum (eius enim etatis a Joanne
baptizatus eſt) accepiſſe ſpiritũſanctum:
ſed veniſſe illum ad baptiſma: ſicut ſine vl
lo omnino peccato: ita non ſine ſpirituſan-
cto. Si enim de famulo eius et precurſore
ipo Joanne ſcriptũ ẽ: Spirituſancto reple Luc. 1
bitur iã inde ab vtero matr̃ ſue: qm̃ q̄uis
ſeminatus a patre: tamẽ ſpiritũſanctum in
vtero formatus accepit: quid de hoie chri-
ſto intelligendũ eſt vel credendũ cui⁹ car-
nis ipſa cõceptio nõ carnalis ſed ſpiritalis
fuit? In eo etiã q̄ de illo ſcriptũ ẽ: q̄ acce- Act. 2
perit a patre promiſſionẽ ſpirituſſancti et
effuderit: vtraq͡ʒ natura mõſtrata ẽ: ꝛ hũa-
na ſcilicet ꝛ diuina: accepit q̄ppe vt homo
effudit vt de⁹. Nos autẽ accipere q̄dẽ hoc
donum poſſumus pro modulo noſtro: ef-
fundere autẽ ſuper alios non vtiq͡ʒ poſſu-
mus: ſed vt h̃ fiat: deũ ſuper eos a quo h̃ id

efficit̄ inuocamus. Nunquid ergo possu-
mus querere: vtrū iā ꝓcesserat de patre spi
ritussanctus quādo natus ē fili⁹: an nōdū
processerat: et illo nato de vtroq₃ processit
vbi nulla sūt tempora: sicut potuim⁹ quere
re vbi inuenimus tempora: voluntatē ꝑus
de humana mente procedere: vt querat̄ q̄
inuētū ꝓles vocet̄: q̄ iā parta seu genita vo
lūtas illa ꝑficit̄: eo fine requiescēs: vt qui fue
rat appetit⁹ querētis sit amor fruētis: q̄ iam
de vtroq₃: id ē de gignēte mēte: ⁊ de genita
notiōe tanq̄ de parēte ac ꝓle ꝓcedat? Nō
ꝑñt ꝓrsus ista ibi q̄ri vbi nihil ex tpe incho
atur: vt ꝯsequēti ꝑficiat̄ i tpe. Quapropt̄
q̄ pōt intelligere sine tpe generationē filij d̄
pr̄e: intelligat sine tpe ꝓcessionē spūssancti
d̄ vtroq₃. Et q̄ pōt intelligere in eo qđ ait fi
li⁹: sic h₃ pater vitā in semetipso: nō sine vi
ta existēti iā filio vitā dedisse: ꝫ ita eū sine tē
pore genuisse: vt vitā quā pater filio gignē
do dedit: coeterna sit vite patris q̄ dedit: i
telligat: sicut h₃ pater in semetipso: vt d̄ illo
ꝓcedat spūssanct⁹: sic dedisse filio vt de illo
ꝓcedat spūssanctus: ⁊ vtrūq₃ sine tpe: atq₃
Job.15 ita dictū: spiritūsanctū de pr̄e ꝓcedere: vt
intelligat̄: q̄ etiā ꝓcedit de filio: de pr̄e esse
⁊ filio. Si em̄ q̄cq̄d hab₃ de pr̄e habet fili⁹:
de patre habet vtiq₃ vt de illo ꝓcedat spūs
sanct⁹. Sz nll'a ibi tpa cogitent̄ que habēt
ꝑus ⁊ posteri⁹: q̄r oīno nulla ibi sunt. Quō
ḡ non absurdissime fili⁹ diceret̄ amboꝝ: cū
sic filio ꝓstat essentiā sine initio tpis: sine vl
la mutabilitate nature de pr̄e generatio: ita
spūisancto ꝓstet essentiā sine initio tpis: si
ne vlla mutabilitate nature de vtroq₃ ꝓces
sio. Ideo em̄ cū spm̄sanctū genitū nō dica
m⁹: dicere tñ nō audem⁹ ingenitū: ne i hoc
vocabulo vl' duos patres i illa trinitate: vl'
duos q̄ nō sūt d̄ alio q̄spiā suspicet̄. Pater
em̄ sol⁹ nō ē de alio: idō sol⁹ appellat̄ inge-
nit⁹. Nō q̄dē in scripturis: ꝫ in ꝯsuetudine
disputātiū: ⁊ de re tanta sermonē q̄lē value
rint ꝓferētiū. Fili⁹ aūt de pr̄e nat⁹ ē: ⁊ spiri
tussanct⁹ de pr̄e ꝑncipaliter: ⁊ ipo sine vllo
tpis interuallo dante: cōmuniter de vtroq₃
ꝓcedit. Diceret̄ aūt fili⁹ patris ⁊ filij: si qđ
abhorret ab oīm sanoꝝ sensibus eū ambo
genuissent. Nō igit̄ ab vtroq₃ ē genit⁹: ꝫ ꝓ
cedit ab vtroq₃ amboꝝ spūs.

¶ Quid quodā tpe ad ppl'm dis
putatū sit d̄ differētia generatiōis
⁊ processiōis spūssancti.

Capitulum. xxvii.

Verū q̄r in illa coeterna ⁊ eq̄li ⁊ in-
corporali ⁊ ineffabiliter imutabili atq₃ insepa-
bili trinitate: difficillimū est generationē a
ꝓcessione distinguere: sufficiat interim eis
q̄ extēdi nō valēt in ampli⁹ id qđ de hac re
in sermone q̄dā ꝓferēdo ad aures ppl'i xp̄i-
ani dixim⁹: dictūq₃ ꝯscripsimus. Inter ce
tera em̄ cū ꝑ scripturarū sanctaꝝ testimo-
nia docuissem: de vtroq₃ ꝓcedē spm̄sctm̄.
Si ḡ inquā ⁊ de pr̄e ⁊ de filio ꝓcedit spūs
sanct⁹: cur fili⁹ dixit: de pr̄e ꝓcedit: cur pu Job.15
tas nisi queadmodū solet ad eum referre ⁊
qđ ipi⁹ ē de q̄ ⁊ ipe est? Vñ ⁊ illud ē qđ ait:
Mea doctrina nō est mea: ꝫ ei⁹ q̄ me misit. Ibidem.7
Si igit̄ h̄ intelligit̄ ei⁹ doctrina quā tñ dixit
nō suā ꝫ patris: q̄tomagl' illic intelligēdus
est: ⁊ de ipo ꝓcedere spūsctūs: vbi sic ait:
De patre ꝓcedit: vt nō diceret de me nō ꝓ
cedit? A quo aūt habet fili⁹ vt sit de⁹ (Est
em̄ de deo deus) ab illo habet vtiq₃ vt de
illo etiā ꝓcedat spūssanctus: ac ꝑ hoc etiā Job.15
spiritussanct⁹ vt etiā de illo ꝓcedat sicut ꝓ
cedit de patre: ab ipo habet pr̄e. Hic vtcū
q₃ etiā illud intelligit̄ q̄tū a talib⁹ q̄les nos
sum⁹ intelligi pōt: cur nō dicat̄ nat⁹ esse: ꝫ
potius ꝓcedere spūsctūs: qm̄ si ⁊ ipse fili⁹
diceret̄: amboꝝ vtiq₃ fili⁹ diceret̄: qđ absur
dissimū est. Fili⁹ q̄ppe nullus est duoꝝ: ni
si patris ⁊ matris. Absit aūt vt inter deū pa
trē: ⁊ deū filiū aliq̄d tale suspicemur: q̄r nec
filius hoīs simul ex matre ⁊ pr̄e ꝓcedit: sed
cū in matrē ꝓcedit ex patre: nō tunc ꝓce-
dit ex mr̄e: ⁊ cū in hanc lucē ꝓcedit ex ma-
tre: nō tunc ꝓcedit ex pr̄e. Spūs aūt sctūs
nō de patre ꝓcedit in filiū: ⁊ de filio ꝓcedit
ad sanctificandā creaturā: ꝫ simul de vtro
q₃ ꝓcedit: q̄uis h̄ filio pat̄ dederit: vt quē
admodū de se ita de illo q̄ ꝓcedat. Neq₃
em̄ possum⁹ dicere q̄ nō sit vita spūsctūs:
cū vita pater: vita sit filius: ac ꝑ hoc sicut
pater cū habeat vitā in semetipso: dedit et Job.5
filio vitā habere in semetipso: sic et dedit vi
tā ꝓcedē de illo: sicut ꝓcedit ⁊ de ipo. Hec
de illo sermone in hūc librū trāstuli: ꝫ fide-
libus nō infidelib⁹ loquēs. Verū si ad hāc
imaginē cōtuendā: ⁊ ad videnda ista q̄ ve
ra sint q̄ in eoꝝ mente sūt: nec tria sic sunt
vt tres ꝑsone sint: ꝫ oīa tria hoīs sūt q̄ vna
ꝑsona est min⁹ idonei sūt: cur nō de illa sū-
ma trinitate q̄ deus est credūt potius qđ in
sacris litteris inuenit̄: q̄ poscunt liquidissi-
mam reddi sibi rationē: que ab hūana mē-
te tarda scilicet infirmaq₃ nō capit̄. Et cer-
te cū incōcusse crediderint scripturis san
ctis tanq̄ veracissimis testibus agāt orān-

do ⁊ qrendo ⁊ bene viuēdo vt intelligāt: id
eſt vt quātū videri pōt videat mente qđ te
net fide. Quis hoc ꝓhibeat: imo vo ad h
qs non hortet? Si autē ꝓpterea negādum
putāt iſta eſſe: q2 ea nō valēt cecis mētib⁹
cernere: debēt ⁊ illi q ex natiuitate ſua ceci
Joh.j ſūt: eſſe ſolē negare. Lux ergo lucet in tene-
bris. Qz ſi eā tenebre nō cōphēdūt: illumi-
nent dei dono pri⁹ vt ſint fideles: ⁊ incipiāt
eſſe lux in compatiōe infideliū. Ac p hoc
